tentiā uoluptat eſq deſiderāt: uel qui potētiā ſeu pecuniæ cā ſeu ꝓfectū di noīs petūt. ¶ In his igitur cæteriſq talib⁹ humanoꝝ actuū uotorūq uerſat intētio ueluti nobilitas fauorq popularis q̄ uidētur quandā claritudinē cōparare. Vxor ac liberi q̄ iucūditatis gr̄a petunt. Amicoꝝ uero qđ ſanctiſſimū q dē gen⁹ eſt: nō in fortuna ſed i uirtute numerat. reliquū uero uel potētiæ cā uel delectatiōis aſſumit. Iā uero corpis bona p̄optū eſt ut ad ſupiora referātur. Robur em̄ & magnitudo uident p̄ſtare ualētiā pulchritudo atq uelocitas celebritatē: ſalubritas uoluptatē. ¶ Quib⁹ oīb⁹ ſolā bt̄itudinē deſiderare liquet. Nā qđ quiſq præ cæteris petit: id ſūmū eē iudicat bonū. Sed ſummū bonū bt̄tudinē eſſe diffinim⁹. Quare beatū iudicat eſſe ſtatū quē præ cæteris quiſq deſiderat. Habes igit ante oculos ꝓpoſitam fere formā felicitatis humanæ opes honores potētiā gloriā uolup tates. q̄ quidē ſola cōſiderans Epicurus cōſequēter ſibi ſummū bonū uoluptatem eſſe conſtituit. q̄ cætera oīa iucunditatem animo uideātur afferre. ¶ Sed ad hoīm ſtudia reuertor. quorum animus &ſi caligāte memoria: tamen ſummū bonum repetit: ſed uelut ebrius domū quo tramite reuertat ignorat.

¶ Nũ em̃ videnꝯ errare. Hic declarat intentũ suũ. s. ꝙ oēs querentes predicta bona querebãt aliq̃d qđ proprie cõuenit summo bono. Et primo ostendit hoc de diuitijs dicēs. Nũ pro nũquid hi videnꝯ errare ꝑ intentionē a summo bono: q̃ nituntꝯ nihilo indigere: rõne cuius querebãt diutias: q. d. nõ errant a summo bono: q: nihilo indigere maxime spectat ad summũ bonũ. vñ dicit. Atqui ꝑ certe non est aliud qđ eque possit pficere beatitudinē ꝙ status copiosus oĩm bonoꝝ: nec alienis egēs ꝫ sibi ipsi sufficiens. Tũc oñdit idē de honoribꝰ dicēs. Nũ vero labunꝯ sup. ab intētiõe sũmi boni: q̃ illud qđ est optimũ putãt id etiã esse dignissimũ cultu reuerētie. i. honoris: et respõdet. Minime sup. labũtur. neꝙ em̃ est vile ⁊ cõtēnendũ ꝙ intētio oĩm mortaliũ laborat adipisci. ⁊ sic q̃rentes honorē querebãt aliq̃d qđ ē in sũmo bono eo ꝙ summũ bonũ ē honorabilissimus. Tũc oñdit idē potētia dicēs. An ꝑ nunquid in bonis. i. inter bona nõ est numerãda potētia: q. d. sic. q̃d igiꝯ ē dicēdũ: nisi ꝙ querētes potentiã etiã tendũt ad summũ bonũ. cũ summũ bonũ sit potentissimũ. Nũ em̃ istud est estimãdũ imbecillũ et sine viribꝰ. i. sine potētia qđ cõstat esse prestãtius. i. potētius oibus rebꝰ: Tũc ostēdit idē de gl̃ia dicens. An claritudo. i. gloria est nihilipēdenda ita vt q̃rētes gloriã nõ tēdunt ad summũ bonũ: q. d. nõ est nihilipēdenda. ſz neq̃t. i. nõ põt sequestrari. i. negari quin oē qđ est excellētissimũ: illud etiã videaꝯ esse preclarissimũ. i. gloriosissimũ. Tũc ostendit idem de voluptate dicens. Quid attinet dicere: q. d. de se manifestũ est btitudinē nõ esse anxiã ⁊ tristē: nec subiectã doloribꝰ et molestijs. sed sup. magis est plena voluptate: ⁊ ꝓ cõsequēs q̃rentes voluptatē et letitiam: tendunt ad summũ bonũ. Maũt iocũditas et voluptas includãtur in summo bono: ꝓbat ꝓ locum a minori dicēs. Qm̃ in minimis rebus. s. appetendis patet ꝙ aliud appetiꝯ qđ delectat haberi et ipo frui. Hec igiꝯ sũt q̃ homines volũt adipisci ⁊ ea de causa desiderãt. i. cupiũt vel querunt diuitias: dignitates: regna: gloriam: et voluptates: quia per hec credunt sibi esse venturã sufficientiã: reuerentiam: potentiam: celebritatē: ⁊ letitiam. Bonũ igiꝯ est qđ homines appetũt diuersis studijs. i. intentionibus. ¶ Nota ꝙ ex tota ista littera potest formari vna ratio. s. querentes predicta bona querunt beatitudinem. ¶ Ratio est ista. Illi tendunt ad beatitudinem qui tendunt ad sufficientiam: reuerentiam: potentiam: celebritatem: et letitiã sed appetentes predicta bona. s. diuitias: dignitates: regna: gloriam et voluptates tendunt ad sufficientiam: reuerentiam. ⁊ sic de alijs: ergo tendunt ad beatitudinem. Maior est nota. quia sufficientia: reuerentia: sunt conditiones beatitudinis q̃ perfectissime reperiunꝯ in beatitudine. querētes ergo proprietates beatitudinis tendũt ad beatitudinē. Minor ꝓz ex littera. ¶ Nota ꝙ querētes diuitias propter sufficientiam ferebantur in summum bonum naturali appetitu. quia in summo bono est vera sufficientia: et in hoc non errabant. Similiter querentes dignitates propter reuerentiam naturali intentione ferebantur in beatitudinem: eo ꝙ beatitudo est reuerendissima: sed quia summã reuerentiam putabãt sibi subuenire per dignitates tẽporales: ideo in hoc errabant. ⁊ sic intelligiꝯ de alijs. ¶ In quo quanta sit. Hic ostendit philosophia vnde hoc proueniat ꝙ quãtũcũq̃ intentio hoĩm sit diuersa: tamẽ intẽdit in beatitudinẽ: ⁊ ostẽdit ꝙ hoc ꝓuenit ex vi naturalis inclinatiõis: que nulli auferri potest. ⁊ dicit. In quo sc̃z appetitu boni vel beatitudinis facile mõstratur quãta sit vis nature: cũ licet sint varie ⁊ dissidentes. i. discordãtes sentẽtie hoĩm de summo bono: tñ hoies cõsentiunt. i. concordant in diligẽdo id est diligenter appetendo finẽ boni. i. beatitudinem. ¶ No. ꝙ fine existẽte vno possunt diuersificari actiões tẽdentes in illũ finem. Si em̃ ꝓpter diuersitatẽ actionũ esset diuersitas finiũ: nõ esset deuenire ad vnũ finẽ: sed ꝓcederꝯ in infinitũ in finibus: qđ patet falsum ex scđo Metaph. ⁊ hoc ē vex de fine gratia cuius oia fiũt ꝙ ille est vnꝰ: ⁊ nõ de fine quo: vt ꝓus visum est. licet ergo sint diuerse sententie et studia hoĩm. tamen conueniunt in appetendo vnum finem scilicet beatitudinem.

¶ Nũ em̃ videnꝯ errare hi q nihilo indigere nitũtur? Atq̃ nõ ē aliud qđ æque pficere btitudinẽ possit q̃ copiosus bonoꝝ oĩm status/ nec alieni egens: sed sibi ipi sufficiẽs. Nũ uero labunꝯ hi q̃ qđ sit optimũ id ēt reuerētiæ cultu dignissimũ putant? Minime. neq̃ em̃ uile quoddã cõtẽnẽdũq̃ ē/ qđ adipisci oĩm fere mortaliũ laborat intẽtio. An in bonis nõ est numerãda potẽtia? qd igiꝯ? Nũ ibecillũ ac sine uiribꝰ æstimãdũ ē/ qđ oibus rebus cõstãt eē ꝓstãtius? An claritudo nihilipẽdẽda est? Sed seq̃strari nequit/ qn oē qđ excellentissimũ sit/ id etiã uideꝯ esse clarissimũ. Nã nõ esse anxiã tristẽq̃ btitudinẽ/ nec doloribus molestiisq̃ subiectã/ quid attinet dicere? qm̃ in minimis quoq̃ rebus id appetitꝯ/ qđ habere fruiq̃ delectet. Atqui hæc sunt q̃ adipisci homines uolũt eaq̃ de causa diuitias/ dignitates/ regna/ gloriã/ uoluptatesq̃ desiderãt. qꝓ hæc sibi sufficiẽtiã/ reuerẽtiã/ potẽtiã/ celebritatẽ/ lætitiam credũt esse uẽturã. Bonũ est igiꝯ qđ tã diuersis studiis hoies petũt. ¶ In quo quãta sit naturæ uis facile monstratꝯ. cũ licet sint uariæ dissidẽtesq̃ sentẽtiæ tamen in diligendo boni finem consentiant.

mines volũt adipisci ⁊ ea de causa desiderãt. i. cupiũt vel querunt diuitias: dignitates: regna: gloriam: et voluptates: quia per hec credunt sibi esse venturã sufficientiã: reuerentiam: potentiam: celebritatẽ: ⁊ letitiam. Bonũ igiꝯ est qđ homines appetũt diuersis studijs. i. intentionibus. ¶ Nota ꝙ ex tota ista littera potest formari vna ratio. s. querentes predicta bona querunt beatitudinem. ¶ Ratio est ista. Illi tendunt ad beatitudinem qui tendunt ad sufficientiam: reuerentiam: potentiam: celebritatem: et letitiã sed appetentes predicta bona. s. diuitias: dignitates: regna: gloriam et voluptates tendunt ad sufficientiam: reuerentiam. ⁊ sic de alijs: ergo tendunt ad beatitudinem. Maior est nota. quia sufficientia: reuerentia: sunt conditiones beatitudinis q̃ perfectissime reperiunꝯ in beatitudine. querētes ergo proprietates beatitudinis tendũt ad beatitudinẽ. Minor ꝓz ex littera. ¶ Nota ꝙ querētes diuitias propter sufficientiam ferebantur in summum bonum naturali appetitu. quia in summo bono est vera sufficientia: et in hoc non errabant. Similiter querentes dignitates propter reuerentiam naturali intentione ferebantur in beatitudinem: eo ꝙ beatitudo est reuerendissima: sed quia summã reuerentiam putabãt sibi subuenire per dignitates tẽporales: ideo in hoc errabant. ⁊ sic intelligiꝯ de alijs. ¶ In quo quanta sit. Hic ostendit philosophia vnde hoc proueniat ꝙ quãtũcũq̃ intentio hoĩm sit diuersa: tamẽ intẽdit in beatitudinẽ: ⁊ ostẽdit ꝙ hoc ꝓuenit ex vi naturalis inclinatiõis: que nulli auferri potest. ⁊ dicit. In quo sc̃z appetitu boni vel beatitudinis facile mõstratur quãta sit vis nature: cũ licet sint varie ⁊ dissidentes. i. discordãtes sentẽtie hoĩm de summo bono: tñ hoies cõsentiunt. i. concordant in diligẽdo id est diligenter appetendo finẽ boni. i. beatitudinem. ¶ No. ꝙ fine existẽte vno possunt diuersificari actiões tẽdentes in illũ finem. Si em̃ ꝓpter diuersitatẽ actionũ esset diuersitas finiũ: nõ esset deuenire ad vnũ finẽ: sed ꝓcederꝯ in infinitũ in finibus: qđ patet falsum ex scđo Metaph. ⁊ hoc ē vex de fine gratia cuius oia fiũt ꝙ ille est vnꝰ: ⁊ nõ de fine quo: vt ꝓus visum est. licet ergo sint diuerse sententie et studia hoĩm. tamen conueniunt in appetendo vnum finem scilicet beatitudinem.

Ascen. TUm defixo ⁊c. Id naturaliter fieri solet vt volētes reminiscī terrā despiciāt.i.deorsuz vidēdo inspiciāt.volētes aūt noua iuenire celū aspiciāt:pbia ergo volēs vti rōnib⁹ suis nō nouis:sz olim iā excogitatis: defixit oculos ī augustā sedē.sic legit interpres exponēs sic.i.nobilē cre/
Augustꝰ dēs vt opinor::augustū ab octauio augusto deductū:cū illi⁹ vocabuli longe antiq̄or sit vsus.
a tum. Nā etiā his q̄ āte enee aduētū in italiā erāt Virg.ipm accōmodat.Dicit aūt augustū q̄d augurio est cōsecratū:⁊ q: augurio ꝓsecrata solēt eē felicia:etiā quodāmō ex ꝓsequēti felix dicit.Est aūt mētis pbie sedes augusta.i.puidēter ⁊ salubriter instituta.Sz tñ etiā angustā legere potes:q: loc⁹ angust⁹ ⁊ secretus solet dici ad memorādū ⁊ ad inueniēdū apt⁹.Vñ Pers.Scribim⁹ iclusi nūeros ille:hic pede liber.
⁊ Iuue.Qui facis ī parua sublimia carmia cella.⁊ Hora.i de arte.Secreta petit loca:balnea vitat. est
Angust⁹ aūt angustū qđ angit ⁊ pmit.Conank adipisci.bñ dicit conank.Nā conari ē cū difficultate ⁊ sepe sine
Conor. effectu:b ē frustra ānitī.Sz vt dī.Iuue.Oib⁹ i terris q̄ sūt a gadib⁹ vsq̄ Ad auroram et gangē pauci dinoscere pnt Vere bōa:atq̄ illis multū diuersa remota Erroris nebula.Adipisci ꝓponit ex ad ⁊ antiq̄ vbo apiscor::cui⁹ supinū ē aptū.et pticipiū aptus ta tū.Et ꝓpositū aliđ indipiscor. Naturaliter inserta cupiditas.Credo Boe.dixisse¦naturaliter isita.Sic em̄ significatio magis q̄drat.Insitū em̄ ē qđ est in medio alteri⁹ satū:⁊ illi cōglutinatū.Insertū aūt qđ p mediū serit nec illi coheret.Deui⁹ error::q: ꝓmē tari⁹ supior dicit hic eē figurā epithetō.Adducitq̄ vticulū mēdosū:dicā peritor de b vocabulo sniam.
Epithetō dr a nobis adiectiuū nomē impositū vel appositū substātiuo potissimū proprie q̄litatis vim
Dona.Dicit aūt ab epi qđ b loco est in:⁊ thetō positū:corripit penultimā in carmine:vñ q̄dā nri tpis.
Appositū ppio mihi ferk epithetō eē.Qui vult etiā ppio noī appositū vocari:⁊ b trib⁹ modis.Ab aio:vt iust⁹ iperator.Cōtēptor diuū mezēti⁹.Pi⁹ eneas.A corpe:vt pulcher tulli⁹:formos⁹ apollo:et extrisec⁹:quor multe sūt spēs.A loco:vlixes ithac⁹.Ab actu:vt encia nutrix.Ab euētu:vt isula diues opū
thencidos.⁊ mulꝝ alijs modis.Et si vez ē qđ donat⁹ dicit. Epithetō nūq̄ sine ppo noīe poni. Nō erit
epithetō deui⁹ error.Vez q: passim adiectiua cōsiliter appellatiuis,⁊ pprijs apposita iuenim⁹:eaq̄ sine discrimine epitheta vocari.Addem⁹ vnū epitheta trib⁹ de causis apponi.Aut ppter effectiuā vtutē enūciandā:et id fere a poetis: vt mors frigida:timor pallid⁹:amor cecus:sitis arida:q: talia faciūt.
Aut ppter discrimē faciēdū:vt idea cretēsis.ad excludēdū.troiana lana nigra:ppter alteri⁹ colōris lanā:luna pnox:febris quaterna:hilaris vult⁹ ⁊c.Aut ppter ppetuā rei naturā significādā:⁊ id cū excellētia qua secluſa vitiosa ⁊ supfluavidebit appositio.exēplū pmi.Ut ignis calidus.Alma ceres.Tristis bella:celū pfundū.Nō quasi sit ignis q̄ nō sit calidus:aut ceres q̄ nō alat;aut bellū nō triste:aut celum nō pfundū:sz q: talia excellēter appellari pnt.Exēplū secūdi. Si dicas hoiem risibilem:aial sensibile.
aquā humidā ⁊c.et hic vltim⁹,modus maxie vitādus est:magis licēter ⁊ figurate posit⁹ oratorice vitādus.Poetis aūt data ē venia etiā licēter vtēdi:vt qñ ppter futurū dātur vt infelix dido: ppter infelicitatē futurā nō presentē.Sed vt ad institutū redeā.si nullus est cēsendus error::cp̄ q̄ fiat cedēdo de via:
Error de tūc verū erit cp̄ ois error sit deuius.nec tñ supflue oino ponek:q: peculiariter erit cēsendus deuius.Est
uius. aūt error in moribus:in doctrina:in opiniōe:in factis:sed metaphorice ois¦quodāmō a via seducit.Sed nō ois error malus est:vt docet Aug.q̄ se errore ab hereticor insidijs liberatū dicit.Nec ois dolus malus:vt medicorū q̄ egrotantē dolo capiūt sz nō circūueniūt.Ideo cōueniēter a iurisperitis dolus mal⁹
Auius. notat.Ad significādū g̃ errorē malū additū est deuius.Nā deuius malū sonat:auiū ꝓuationē p se fert.
Auis. Vñ aui⁹ est hō q̄ sine via incedit.sicut auis:inde dicta.Deuius aūt q̄ extra viā ingredit. sicut dedocens
Verba nō q̄ nihil:sed qui cōtrariū aut obliuiscī docet.Legēdū aūt est abducit hoc est a vero bono ducit ad falsum.Vbi scies peritos dicēdi fin seruiū:potius vti verbis de loco cp̄ ad locū significātibus.etiā adēr/
de loco. tis aduerbijs aut noib⁹ ad locū:vt quo abis?quo ruis?quo me fugis?¶Adducti sūt romani ⁊c. Ha/
Fere. bes ante oculos ppositā fere formā felicitatis.Nō est legēdū form̄ā:sz fere.Et subintelligit.vt Laurētius valeñ.docet q̄dā vniuersalitas.vt sit fere oēm.Respuit aūt particularitatē.Nō em̄ dices fere alīquā.Que quidē sola cōsiderās epicurus.ordo est.q̄ sola iā quinq̄ dicta Epicurus cōsiderās.i. postcp̄
Epicuri volu/ cōsiderauit ad voluptatē cōducere:cōstituit voluptatē esse summū bonū. De qua re multa disserit in
ptas. vita eius Laertius oñdēs eū sobriā vitā duxisse:⁊ voluptatē nō corporis potissimū:sed animi ppasse.
Qđ etiā ptz ex vbis ipsi⁹ epicuri ad Herodotū.Quor pauca hec sunt.Reputandū est¦cupiscētias partim esse naturales:partim inanes;atq̄ naturaliū alias quidem necessarias:alias vero tm̄ esse naturales.Necessarie vero que sunt partim ad felicitatem:partim ad corporis tranquillitatē:partim ad vitaz ipam esse necessarias.Horū quippe sine errore speculatio est vt nouerimus quid eligendū:quid vefugiendū sit ad bonā corporis tuēdā valitudinē:corporisq̄ quietē.Hic em̄ finis bene btēq̄ viuēdi. Hui⁹ em̄ gra oia aggerimus:vt neq̄ doleam⁹:neq̄ perturbemur.Vbi vero id penitus cōsecuti erimus:soluit omnis tempestas animi:cū non possit aial tendere quasi min⁹ ad aliquid;⁊ aliud querere q̄ animi corpisq̄ cōsumek bonū.Tūc voluptate op⁹ est:cū illa nō adesse dolemus:nō etiā voluptate indigem⁹.
Quocirca voluptatē finē dicimus ac principiū beate vite.Hāc em̄ primū bonū atq̄ ingenitū nouim⁹:
atq̄ in hac electionē omnem atq̄ deuiationē inchoamus:ad hanc occurrim⁹ perturbationē tanq̄ normā bonū discernentes.Qm̄ vero primū istud et insitū bonum est:idcirco nō omnem voluptatē eligimus:verū sepe pleraq̄ trāgredimur:quādo ex his maior molestia sequitur:doloresq̄ nōnullos voluptatibus prestare arbitramur:qñ sz ex diutina toleratiōe dolorus maior nos voluptas sequitur.Qis itaq̄ voluptas eo cp̄ natura propria habet:bonū est.non tñ eligenda ois.sicuti ⁊ dolor malū est.nō ois repudiād⁹ est dolor.Cōmenfiōe itaq̄ ⁊ vtiliū;⁊ inutiliū discretione diligēti hec oia iudicare cōuenit.

Utímur em̄ bono ꝓ tpa quedá vt malo. íta rurſus malo tanc̄ꝫ bono. ſſrugalítatez ꝓterea magnū eſti/
mamus bonū. nō vt ſemꝑ vtamur modícis: ſz níſi multa habeam⁹ vtamur paucís. Hecílle inter multa
alía. Díffiníuít aūt vt Aul. gel. docet. Uoluptatez eſſe co:poris cōſtantē habítū. cꝫ vo mentis tranquílli
tatem ꝓcípuá voluptatez extímauít: cōfitet autor noſter dícens: íocūditatem aíovideant afferre. Hoc
addā ꝓpter ímperítos qñ de autore ípſo ꝛ ínuētore huiuſecte loquít: dícem⁹. Epícurus ídem ſentít. Qñ
vo de ímitatorib⁹ eíus fic. epicurij íta ſen/
tíunt. Letera huiꝰ ꝑſe vt ſatís nota aut
declarata ꝓtranſeo.

¶ Metrum ſecundum tertii libri.

Uantas rerum flectat habenas
Natura potens: quibus immenſum
Legibus orbem prouida ſeruet;
Stringatq; ligans irreſoluto
Singula nexu: placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
¶ Quãuis pœni pulchra leones
Vincula geſtent: manibuſq; data s
Captent eſcas: metuantq; trucem
Soliti uerbera ferre magiſtrum;
Si cruor horrida tinxerit ora:
Reſides olim redeunt animi.
Fremituq; graui meminere ſui.
Laxant nodis colla ſolutis:
Primuſq; lacer dente cruento
Domitor: rabidas imbuit iras.
¶ Quæ canit altis garrula ramis
Ales: caueæ dauditur antro.
Huiclicet illita pocula melle:

Sctūs thomas

Uantas rerū flectat habenas. Hic íncípit ſecūdū metrū huiꝰ tertíj: qđ dícít píndarícū ab ín
uētore: anapeſticū a pede ꝓ/
dñante: ꝛ eſt dímetrū qđ cōſtat ex quat/
tuor pedíb⁹: quoꝝ duo ꝓſtituūt vnū me/
trum. Jn quo metro ꝓbía: q: ſupra díxe/
rat cꝫ vís nature opatur cꝫ íntētio hoīm
ſemꝑ tendít ín bonū: ídeo hic cōmendat
vím nature oſtēdens cꝫ tanta eſt vís na
ture cꝫ quantūcūcꝫ res adducatur aſſue
factíone vel violentía ad alíquíd quod
íneſt ſibí ꝓter naturā: tñ ſibíꝫpſi derelí/
cta ſemꝑ redít ad íllud qđ íneſt ſibí ſm
naturā: ꝛ ꝓmíttít ſuā íntentionē: ſecūdo
manifeſtat ꝓpoſituz: íbí. Quís. Primo
dícít míhí ꝓbie placet ꝓmouere. í. mani/
feſtare cātu arguto. í. ſonoro: lentis fidí/
bus. í. chordís lente ſonantib⁹ quantas
habenas. í. naturales ínclínatíones po/
tens natura flectat. í. regat: q̄bus legib⁹
prouída natura ſeruet. í. conſeruet imen
ſum orbem: et quíbus legíbus natura
ſtríngat lígans ſíngula írreſoluto nexu.
ídeſt cōíūctíone índíſſolubílí. ¶ No. cꝫ
tríplex eſt natura. Natura naturans: ſi/
cut eſt deꝰ a quo dependet celū ꝛ tota na
tura. Alía natura naturās ꝛ naturata ſi/
mul: ſicut celū qđ ōr natura naturata: qđ depēdet a deo: ꝛ ōr naſa naturās íquātū ífluít naturís íſtoꝝ
ínferíoꝝ. Alía eſt natura naturata tm̄: quá btūs Aug. ſic díffínít. Natura eſt q̄dā vís ꝛ potētia díuínitꝰ
ínſita rebus creatís: q̄ vnícuícꝫ rei ſuū eſſe tríbuít. q̄ cū q̄ſcꝫ male vtíť malus eſſe íudícať: ín ꝓpoſito dí/
ctū pbie pōt íntelligí de natura tertío mō dícta: lz quídā exponát pro natura prímo mō ſumpta. Jtem
leges nature hic vocat determínationes vel ꝓprietates naturales cuiuſlíbet rei a deo ſibí conſtítutas.
¶ Quís pení pulchra. Hic pbía manifeſtat ꝓpoſitū ꝑ quattuor exempla. ſecūdo generaliter cōcludít
ſímíliter eſſe ín oībus alíjs. íbí. Repetunt. Prima ín quattuor partes ſm quattuor exempla q̄ patebūt.
Primū eſt de quadrupedíb⁹ ſicut de leonibus qui licet ex quadā aſſuefactíone domanť ítavt míteſcát
metuendo ſuū magiſtrū: tñ ſi multū offendanť redít eoꝝ crudelítas naturalis: íta vt prímo lacerāt den
tíbus magiſtrū ſuū. vñ dícit in littera. Quis leones penī. í. líbycí: geſtent. í. portent pulchra vincula. í.
catenas ín collo: ꝛ captent. í. recípíant eſcas datas. í. porrectas eis manib⁹ ſuí magiſtrí: ꝛ q̄uis metuāt
trucem. í. crudelem magiſtrū: leones inquá ſolíti ferre. í. pati verbera magiſtrí: ſed ſi cruor tínxerit. í. ma
dídauerít horrída ora. í. colla leonū per nímía verbera tunc animí leonū reſides. í. quíetí redeūt ad na
turalem crudelítatem: ꝛ leones meminere ſui. í. ſue nature grauí fremítu. í. magno rugítu ípſi laxant. í.
ſoluūt colla ſolutís nodís. í. ruptis vínculís: ꝛ ꝑmꝰ ſuus domitor. ſ. magr: ílle imbuít. í. recepit lacer. í. la
ceratus rabidas íras cruento dente. ſ. leonís. ¶ No. ſm íſidoꝝ. ıı. etymo. Penī ſunt hoíes carthaginē
ſes. eſt aūt carthago cíuítas líbye ꝓpter qđ leones líbye vocanť leones penī. ꝛ hmōí leones líbye fací/
líus domanť. ¶ No. quantūcūcꝫ leones domanť ꝛ aſſuefactíone ducanť a ſua crudelítate: ſi tñ afficiā
tur cruore vel ſanguíne redeūt ad natutalem crudelítatē. ¶ Que canit. Hic ponít ſcđm qđ eſt de vola/
tílíbus ꝛ eſt tale. Auícula capta q̄ ꝓter naturā domeſticať quantūcūcꝫ foueať delitíjs hoīm: tñ habita
opoꝛtunítate redít ad ſilueſtrez etatē. Uñ dícit in lra. Ales garrula q̄ canit altís ramís ſi ílla capta clau
ditur ín antro cauee. í. domūcula ſup. vt ibí maneat ad ſolatiū hoīm: lz ludēs cura hoīm míníſtret huíc
auí pocula íllíta. í. línita melle: cꝫ pro ꝛ largas dapes míníſtret dulcí ſtudío. ſi tñ ílla auis ſalíens ex alto
tecto. í. ex alta domūcula víderít gratas vmbras nemoꝝ: ípſa ꝓterít pedib⁹ ſuis eſcas ſparſas ꝛ ípa me/
ſta: q: ípſa fuít detenta: requírít ſíluas ꝛ dulcí voce ſuſurrat. í. cátat ín ſíluís. ¶ No. natura nō aſſueſcít
íu cōtrariū ſi em̄ lapis centies ꝛ mílleſies ꝓjciatur ſurſum nō aſſueſcit aſcendere ſurſum: lz em̄ alíqua

consuetudíne vel violentia natura possit ad tps impedirí: tamen semp inclínatur ad proprium opus. ¶ Validis quondá víríbꝰ acta. Hic ponit tertiū exēplū devectigalibꝰ: sicut de vírga crescēte: qđ tale est Licet vírgula erecta p violentiá incuruet tñ relicta ppríe nature ípa sursum erígit. vñ dicit in lra. Vírga quondá acta. í. coacta validis víríbꝰ sup. hois incuruátis eá ípsa flectit pronum cacumen: sz si dextra curuans remíserit hanc: ípsa respectat. í. respicit celū vertice. quasi díceret. deposita violētia incuruátis vírga redit ad naturalem rectítudínem.

¶ Nota qꝫ lz natura rerū ínaiatarū non facíle assuescat in contrarium tamen in hoibus rōnalibꝰ multū facit assuescendo vel cōsuescēdo. qr lz aliqs sit male cōplexionatꝰ: tñ p vsuz ⁊ cōsuetudínē habílitatur: ⁊ cōplexio mutat. vñ Sen. Consuetudo est altera natura. Cadit hesperías phebꝰ ín vndas. Hic pbía pbat íntē tū suū ponēdo quartū exēpluz i corpíbꝰ celestíbꝰ ⁊ est tale. Sol motꝰ ab oriēte in occidēte cadit in mare spherícū: sz naturáli inclinatiōe redit ad orientē sub nro hemíspherio. vñ dicit i lra. Phebꝰ. í. sol cadit ivndas hesperías. í. occidētales. sz secreto tramite. í. secreta via. s. sub terrís rursus. í. iterū vertit cursum suū ad solítos ortꝰ. í. ptes oriētales. No. qꝫ Boe. hic loquit more poetarū q̄ dicebāt solez tpe vespertíno descēdere in mare occidētale vt lauaret a sordibꝰ ⁊ puluere: quo maculatꝰ fuit existēs in nro hemíspherio: sz hoc non est verū: qr sic apparet ruditati hoim. ¶ Repetūt ppríos q̄qꝫ recursus. Hic pbía cōcludit idē esse ín oibus alíjs entibus: videlz qꝫ oía entía quocūqꝫ mō p violētiá seu assuefactionē a sua abducuntur natura: tñ sibí derelícta semp redeūt ad id qđ ínest eís p naturá. vñ dicit in littera. Quecꝫ. í. quelíbet entía repetunt ppríos recursus. í. naturales motus: ⁊ singula. í. omnía entía gaudent suo reditu sup. redeundo ad illud sup. quod conuenít eís ſm naturā. Nec vllí manet. í. adest traditus ordo: nísi qđ suo fíní iunxerit ortum. í. príncípium et fecerít stabílem orbem. í. circulatíonem sui coniungendo finem príncípio. ¶ Nota qꝫ orbis ín proposito est círculus vel línea circunducta rediens ad idem punctum a quo incepit equaliter dístans a medío: facit autem homo stabílem sui orbem procedens a deo tanqꝫ a suo príncípio. transit per temporalía in quíbus nō fístit: sed redit ad deū tanqꝫ ad suum finem per contemplatíonem mentis.

Ascensiꝰ

Largaſq dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret:
Si tamen alto ſaliens tecto:
Nemorum gratas uiderit umbras:
Sparſas pedibus proterit eſcas.
Siluaſq tantum mœſta requirit.
Siluas dulci uoce ſuſurrat.
¶ Validis quondam uiribus acta
Pronum flecti uirga cacumen:
Hanc ſi curuans dextra remiſit:
Recto ſpectat uertice cœlum.
¶ Cadit heſperias Phœbus in undas:
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos uertit ad ortus.
Repetunt proprios quæq recurſus.
Redituq ſuo ſingula gaudent:
Nec manet ulli traditus ordo:
Niſi qđ fini iunxerit ortum:
Stabilemq ſui fecerit orbem.

Uantas rerū. Carmen hoc pindarícū dící volūt. Est aūt vnius generís ⁊ dímetrū. í. quattuor pedū duas mensuras facientiū: sed tanta est inter pedes differentia ⁊ mutatio: vt sine lege cōpositū putes. Est em primus pes nūc spōdeus. Ut quātas rerū ⁊c. Nunc dactílus. vt legíbꝰ vrbem. nunc anapestus: vt fidibꝰ lentis. Scōs símílíter. nūc spōdeus: vt quātas rerum. nunc anapestus: vt natura potens. nūc dactílus vt solíti verbera. Sílr tertius nūc anapestus: nūc dactílus: nunc spōdeus: nísi transpositū putes: vt Largaſq dapes dulcí studío. pro studío dulcí: qđ potius credo. Item quartus pes sepe spondeus aut trocheus est: sed ⁊ tríbrachū ⁊ anapestū ibí ínuenies. Ostenditur aūt hoc carmine quō natura dñatur arti ⁊ opínioní preter naturā adhibitis. ſfidibꝰ lētis. hoc ad modestiá spectat. Lau. vult cōtra Prísíanū vt chorda plectrí dícat hec fides: nō hec fidís: scríbit autē chorda ch aspirato. Quís penī penus na. nū. deberet scríbí per oe díphthongon q̄ interdum mutatur ín u. vt punícus ca. cū. qđ pro eodem accípit: sicut a pena fit punio. dícunt aūt leones peni vel potius punící eo mō quo res solent denoiarí a loco in quo prestantíores sunt. Nam vt plínius docet lib. viij. c. xvj. naturalis hístorie. in aphrica generosiores nascunt leones iubatí nísi a pardo generatí degenerēt: vbí natura ex generositate leonū pluríma dícit Arístotelem secutus. Docetqꝫ Hannomeon eos primū domuísse: qui fuit vnus inter penos clarissimꝰ. Uerbera potius sunt flagella ⁊ ínstrumenta verberandí q̄ ipse verberationes. Sí cruor horrída tinxerit ora. Non intelliges de cruore ípsorū. quem Pli. atrū vbicūqꝫ vulnerati sint effluere docet: sed de cruore prede quo gustato rapíūtur furore ⁊ in domitorem suū primū si ꝓrímꝰ est írruūt. Statíꝰ in achilleide Achillē íncensum bellico furore vísis armis, sanguíne cōsperſis leoní cōparat. Verba eíus sunt. At ferus eacides radiantez vt comínꝰ orbem: Celatū puguis seuis ⁊ forte rubentem. Bellorū maculís accliuem cōspícit hastam. Infremuit: torsitqꝫ genas ⁊ fronte relícta. Surrexere come nusq̄ mandata parentis. Nusq̄ occultus amor: totoqꝫ in pectore troia est.

Fides.
Penus.
Punicꝰ.
Pena.
Punio.
Leo.
verbera.

Ut leo materno cū raptꝰ ab vbere moꝛes Accepit:pectíq; íubas ḣoíemq; vereꝛí. Edidícit nulla queq; ruít níſi íuſſus ín íras. Sí ſemel aduerſo radíauít lumíne ferrū. Et íurata fides: domíto:q; ínímícus ín íllū. Pꝛíma fames tímídoſq; pudet ſeruíre magr̄o. ḣec ibí. Euenít aūt tpe domitíāí q; leo domíto:ē ſuū ín ſpectaculo dílanıauít. Nō ergo dícas oꝛa. í. colla: ſz reuera oꝛa máducádo ſanguínolētas carnes: aut bibēdo ſanguínē nature leonū ſpe ſalubꝛē. Pꝛímuſq; laces ꝛc. Ordo ē. Et domíto: lacer. í. laceraꝰ dē re leonís cruēto: eo q; cruoꝛē guſtauít ímbuít. í. ıchoat ī ſe rabídas íras leōís. Eſt aūt ímbuere rei pꝛímā tínctura dare: ꝛ ıō tꝛáſſert vt ſit q̄ſi ıchoare: ſz fere adḣíbíta tínctura quadá vel ſanguís vel alterius líquoꝛís. Níſi foꝛte ad aīm tꝛáſſerat: quo pacto artíbꝰ ꝛ ſcíētíjs ībutū dícímꝰq; eas ímbíbít cū velut tabulā raſam ín qua níḣíl ſcꝑtū eēt adḣuc aīm ḣabeat. Pꝛonū acumē. í. ſummítatē ín terrā ıclínatū. Ladít ḣeſperías. í. occídentales ab ḣeſpero ſtella veſptína: q̄ illíc appareꝛet. Loquit aūt ſm opíníonez vulgí ſícut Virg. ín. ſ. Eneí. Qui tm̄ occeano ꝑperant ſe tínge re ſoles ḣíbernı ꝛc.

¶ Pꝛoſa tertía tertíj líbꝛí.

Sanctus thomas

Os quoq; o terrena aīalía. Iſta eſt tertía ꝑſa ḣuíus tertíj ín qua ꝛ ín alīs ſequentí/bus oſtēdít q; vera felícítas nō ꝓſiſtít ín íllís que quídā putauerūt eſſe ſumma bona: ſed tm̄ eſt felícítas ín ípſis. ꝛ ꝑmo ꝑbía ea q̄ dícta ſunt ín me/tro adaptat ſpecialíter ad ḣoīes: ꝛ cū ꝓponít íntentū ſuū. Scđo ꝑbat ſuū ín tentū: ibí. Pꝛímū ígít. Dícít ꝑmo dictuz eſt q; oīa repetūt ſuū fīnē: vos quoq; o terrena aīalía. í. vos ḣoīes q̄ eſtís dedí/tí terrenís ſomnıatís. í. ímꝑfecte cogno ſcítís veſtrum ꝑíncípíū: ſz tenuí ímagí ne. í. exílí ſímílítudíne: ꝛ ꝑſpícítís íllud verū fīnē beatítudínís: ſz cognítíōe ní/míne ꝑſpícacíum: qualícūq; cognítíōe eoq;. í. ídeo naturalís íntentío ducít vos adverū bonū ꝛ multíplex erroꝛ ab eodē vos abducít. Et pꝛo ponít íntentū ſuū dí. Cōſídera náq; o Boe. an ḣoīes valeant ꝑuenıre ad deſtínatū fīnē. í. ad beatítu/dínē per ea q̄bus putant ſe adepturos beatítudínē: ſí em̄ pecunía vel ḣonoꝛes ꝛc. afferūt quíd. í. alí/quíd tale cuí níḣíl bonoꝝ vídeaꝛ abeſſe nos fateamur alíquos fíerí felíces adeptíōe ḣoꝝ bonoꝝ: ſed ſí nō valeant efficere. í. facere qđ̄ pꝛomíttunt ꝛ carent pluríbus bonís: nōne líquído. í. manífeſte falſa ſpes beatítudínís ín eís depꝛeḣenditur? q. d. ſíc. ¶ Nota pꝛíncípíū oīm rerum qđ̄ eſt deus eſt vera btí/tudo vt poſtea patebít. Tale pꝛíncípíū quaſí ſomnıādo cognoſcít et dífficulter ad ípſum deuenít. non em̄ ꝑfecte ín p̄ſenti ſtatu íp̄m cognoſcímus q; ıntellectus noſter ḣabet ſe ad ípſuz ſícut oculus noctue ad lūmē ſolís. ex ſcđo metaꝑḣ. Etíā ad talē beatítudínē cuz dífficultate ꝑuenítur. vñ Alanꝰ ín antıclau díano de plāctu nature et ſcíentía dícít. Dífficílís acceſſus ad ḣāc facílíſq; receſſus: acceſſus paucís: ca ſus patet oībus: ín quā vía aliq̄s tranſíre valet: valet oīs ab ílla Declínare vía: que paucís ꝓía multís Claudít arta nímís ıntrātí larga ruíne. ¶ Pꝛímū ígít teíp̄m. Híc ꝑbía pꝛobat íntentū ſuū: q; íſta bo/na nō efficíāt qđ̄ pꝛomíttūt ꝛ ꝓ cōſequēs ín eís eſt falſa btítudo ꝛ p̄mo oñdít ḣoc de díuítíjs: poſt ídē de alīs bonís. Pꝛímo ꝯ ꝑbat q; díuítíe nō ꝓferūt ſufficíētíā quā vídeaꝛ ꝑmíttere: ꝛ ꝑpter quā appetū tur. Scđo ꝑbat q; díuítíe ꝓferūt ídígētíā. Tertío ꝑbat q; ídígētíā nō auferūt. ſecūda ibí. Atqui ıquā lí/bero tertío ibí. Quís aūt modus. Pꝛímo íntēdít talē rōnē ín íllís nō ꝓſiſtít vera felícítas que nō red/dūt ḣoīez ſibí ſufficíētē. ſz díuítíe ſūt ḣmōí. ergo ꝛc. Maioꝛ ē nota: qꝛ felícítas eſt bonū ſufficíētíſſímū nullíus egens. Mínoꝛē declarat ín líttera. Et ꝑcedít ꝑbía moꝛe dydaſcolíco. í. ínterrogando et reſpō/dendo ꝛ dícít ſíc. Pꝛímū ígít teíp̄m Boe. ínterrogo: q̄ pauloante dıuítíjs affluebas. í. abūdabas nun q̄ ne anxíetas. í. trıſtítía concepta ex qualíbet ínıuría confudít anímū tuum ínter opes abundantíſſí/mas? ꝛ reſpōdít Boetius. Atqui pꝛo certe ego nequeo remíníſcí me fuíſſe tam líbero anímo quín ſem p er augeret. í. offenderet alíquíd. dic̄. ꝑḣílofoꝑḣía. Nonne tíbí alíquíd aberat quod abeſſe non velles: vel tíbí alíquíd aderat quod adeſſe noluíſſes? Reſponder Boe. Ita eſt ínquam. Tunc ꝑbía concludít dic̄. Ideo illiꝰ qđ̄ aberat p̄ntíā deſíderabas ḣuíus aūt qđ̄ aderat deſíderabas abſentíā. dic̄. Boetius.

¶ Confitebor inquã. Et pbia inquit. Eget vo. i. caret eo qđ quisq; desierat di. Boe. eget ⁊ pbia. Qui vero eget aliquo nõ est vsq; quaq; sibi sufficiẽs. di. Boe. minime sup. est sufficiẽs. Et pbia. tu itaq; hãc insufficientiã sustinebas plen⁹ opib⁹? Rñdet Boe. inquã. i. dico q̃d ni. i. cur nõ sustinerẽ ĩsufficientiã etiã plen⁹ opibus? Cõcludit g̃ pbia ex ꝓcessis dicẽs. Igit opes nequeũt facere nihilo indigentẽ ⁊ sibi sufficientẽ: ⁊ ꝫ erat qđ ꝓmittere videbat. ¶ No. q; ois appetitus est rõne carẽtie. Unde illud quod quis hz ꝓprie non desiderat sed magis amat. vñ Aug. ix. lib. de ciui. dei. Itẽ appetitus quo q̃s inhiat rei cognoscende fit amor rei cognite. iõ dicit pbia. Eget vo quo q̃sq; desiderat. ¶ No. pbia dicit. Qui eget nõ est sibi sufficiẽs. Cõtra hoc diceret aliquis sapiẽs eget: qr indiget bonis exteriorib⁹: sine q̃bus viuere nõ põt: ⁊ tñ sapiens est sibi sufficiens. p Bene. ix. epi. qui dicit. Sapiẽs seipso cõtentus est. Ad hoc dicendũ q; sapiẽs indiget quibusdã ad viuendũ: sed ad bene viuendũ tm̃ contentus est aĩo sano erecto ⁊ despiciente fortunaz. ¶ Atqui hoc quoq; maxime. Hic ꝓbat pbia q; diuitie cõferunt indigentiã: et per ꝯsequẽs nõ cõsistit in eis felicitas: cũ felicitas sit bonũ sine oi indigẽtia. ꝓbat autẽ in littera q; pecunia cõfert indigentiã per hoc qr pecunia facit vt homo indigeat alieno p̃sidio quo pecuniã suã tueatur: ne ꝑ violẽtiã auferat. vnde subdit in littera. Atq; p certe: ego puto hoc maxime cõsiderãdũ: q; pecunia nihil habeat suapte natura. i. i sua natura: vt neq̃at auferri his iuitis. i. nolẽtib⁹ a q̃b⁹ possidet. di. Boe. ſfateor iquã. Et pbia. q̃d ni fateare? q. d. opz vt fatearis: cũ quotidie aliqs valẽtior. i. fortior eripiat eã inuito. i. nolẽti. Unde em̃ q̃rimonie forẽses. i. iudiciales: nisi q; pecunie erepte vi vl̃ fraude repetuntur in iudicio? Respondet Boe. ita est inquã. ⁊ philosophia. Egebit igitur quisq; p̃sidio. id est auxilio extrinsecus petito: quo tueatur suam pecuniã quã posset amittere. Rñdet Boe. Dubitare neq̃t. Tũc pbia cõcludit ex dictis dicens. Igit res est elapsa. i. mutata in cõtrariũ. nã opes q̃ putabant sibi facere sufficiẽtes: faciũt potius indigẽtes alieno p̃sidio. ¶ No. q; illud qđ ꝑ violentiaz acquirit põt ꝑ violentiã auferri: sed pecunia ꝑ violentiã acquirit. qr dicit Aristo. ſ. Ethi. q; ois pecuniosus est violentus. ergo violẽter aufertur pecunia: propter quam violentiaz fiunt querimonie forenses. ¶ Ubi sciendum q; forum est locus rerum venalium: sed forus est locus exercendarum litium coram iudice. inde forensis idem est q; iudicialis. ¶ Quis autem modus est. Hic pbia probat q; diuitie nõ auferunt indigentiam: ⁊ sic per consequens non consistit in eis felicitas: ⁊ dicit quis est modus quo indigentia pellatur diuitijs? Nunquid diuites nequeunt esurire? q. d. sic. nunquid nõ possunt sitire? q. d. immo. Nũquid membra pecuniosoꝝ nõ sentiunt frigus hybernũ. i. hyemale? q. d. sic. Sed tu inquies. i. dices opulẽtis. i. diuitib⁹ adest aliq̃d quo famem satient: ⁊ frigus repellant. Hic pbia hoc mõ indigentia potest consolari diuitijs: sed penitus auferri non potest. Nam si hec. scz indigentia semper hians. idest desiderans et poscens aliquid: expletur opibus: necesse est tamen vt maneat indigentia que posset expleri. quia quantumcunq; sitis diuites; vel fames mitigetur; adhuc diues post sitiet; et

abſentiã deſiderabas. Boe. ¶ Cõfitebor inquam. Phi. Eget uero inqt eo qđ qſq; deſiderat? Boe. Eget inquã. Phi. Qui uero eget aliquo nõ eſt uſq; quaq; ſibiipſe ſufficiens. Boe. Minime inquã. P. Tu itaq; hãc ſufficiẽtiã plenus inqt opibus ſuſtinebas? Boe Quidni inquã? Phia. Opes igit nihilo indigẽtem ſufficientẽq; ſibi facere nequeũt & hoc erat qđ promittere uidebãtur. ¶ Atq; hoc quoq; maxime cõſiderãdũ puto q; nihil habeat ſuapte natura pecunia ut his qbus poſſidet inuitis nequeat auferri. Boe. Fateor inquã. Phi. Quid ni inquit fateare? cũ eã quotidie ualẽtior aliquis eripiat iuito. Vñ em̃ foreſes q̃rimoniæ niſi q; uel ui uel fraude a nolentibus pecuniæ repetuntur ereptæ. Boe. Ita eſt inquã. Philo. Egebit igitur inquit extrinſecus petito p̃ſidio quo ſuã pecuniã quiſq; tueat? Boe. Quis in quã neget? Phi. Atqui nõ egeret eo niſi poſſideret pecuniã quã poſſit amittere. Boe. Dubitari inquã nequit? Phi. In cõtrariũ igit elapſa res eſt. Nã quæ ſufficientes ſibi facere putabant opes alieno potius p̃ſidio faciũt indigentes. ¶ Quis autẽ modus eſt quo pellatur diuitiis indigentia? Num em̃ diuites eſurire neq̃unt? Nũ ſitire nõ poſſunt? Nõ frigus hybernũ pecunioſoꝝ mẽbra nõ ſentiunt? Sed adeſt inqes: opulẽtis quo famẽ ſatient quo ſitim friguſq; depellãt. Sed hoc mõ cõſolari quidẽ diuitiſs indigẽtia põt ſed auferri penit⁹ nõ põt. Nã ſi hæc hiãs ſemp atq; aliqd poſcẽs opibus expleat ma neat neceſſe eſt qui poſſit expleri. Taceo q; naturæ minimũ auaritiæ nihil ſatis eſt. Quare ſi opes nec ſubmouere indigẽti am poſſunt & ipſæ ſuam faciunt quid eſt q; eas ſufficientiã præſtare credatis?

Forum

esuriet: ⁊ qđ nature nimiū est. auaritie nihil satis ē: quare si opes nō possunt submouere. i. repellere indigentiā: sz faciūt indigentiā: q̄d est. i. quō esse pōt: q̄ credatis eas p̄stare. i. dare sufficiētiā? q. d. nullo mō debet credi. ¶ No. q̄ ois indigentia vel est indigētia nature vel auaritie. Jndigentia nature paucissimis supplere pōt: eoq̄ natura paucis minimisq̄ cōtenta est. Unde ꝓpter naturā nō opz multū querere diuitias: nec ꝑ diuitias indigētia nature amoueri pōt: sicut nec ipa natura mutari pōt. Jndigētia vo auaritie est q̄ nullo mō expleri pōt: ⁊ ita diuitie eā amouere nō possunt: iō plus augēt. q: d:. Auarus nō implebitur pecunia. ¶ No. q̄ diuitie nō solū nō inducūt sufficientiā: sed nec inducūt sapientiā: cum dicat Señ. Quid p:osunt stulto multe diuitie dum ꝑ eas nō posit fieri sapiens?

Ascensi⁹

EOs q̄z ⁊c. Pauca his locis egēt. Uocat aūt terrena aialia eo q̄ reb⁹ terrenis adhereāt i illis finē cōstituētes. Efficere est plusq̄ facere. facere em̄ sepe ꝓtingit sine effectu. i. cōpletiōe opis qđ fieri cepit. Eget vo. O:do ē vo ꝑ sz: q̄squis eget. i. op⁹ hz: ⁊ idiget eo qđ desiderat. Nō aūt expones eget. i. caret: q: multis carem⁹ q̄b⁹ nō egem⁹. vt vir plebei⁹ caret cēsu equestri: ⁊ tñ nō eget. Egem⁹ em̄ q̄b⁹ nobis op⁹ est: ⁊ q̄ quodāmō necesse est nos habere ad cōditionē vite nre saluandā. Carem⁹ oib⁹ q̄ nō habem⁹. habere tñ velim⁹ ꝑprie. Nā vacam⁹ malis pena ⁊ culpa. Desideram⁹ aūt qđ abest ⁊ adesse velim⁹: vel qđ nō reperim⁹ vbi supabam⁹: vt cū iā desierit esse: vt mille viros in prelio desideratos: intelligim⁹ interēptos: ⁊ ob id cū quererem⁹ a suis nō inuētos. Forū a phoro greco vbo qđ significat fero ⁊ poro deductū volūt: significatq̄ locū in quo tā res venales q̄ lites ferunt. Et ꝑ vtroq̄ apud latinos neutri est generis: vñ dictū forum iudiciale: nō iudicialis forus. Recētiores tñ. i. canoniste ad differentiā pro foro iudiciali masculine ꝓferūt forus: vt ptz. c. forus. Legit aūt apud latinos fori forū: pro tabulatis nauiū. in q̄b⁹ sedēt remiges vt. iiij. enei. Jmplessemq̄ foros. Cōsolari quidem diuitijs indigētia pōt: auferri penitus nō pōt. Quia vt docet Ualla: quotiens hec ꝓiūctiōes sz. aūt. vo ponunt: verbū nō est repetendū: qđ legitime repetit illis ablatis: vt indigētia pecunijs leuari quidē pōt. auferri aūt nō: vel sic leuari pōt: auferri nō pōt. Nō tñ castigasset nisi sic quoq̄ scriptū reperissem. Nō em̄ semp q̄ Laurētius p:ecepit etiā periti obseruāt. Male etiā quidā legūt. Taceoq̄ nature nimiū. Legēdū em̄ est minimū. Et est o:do: taceo q̄ minimū est satis nature: ⁊ nihil est satis auaritie: quapropter satiari nō pōt. Dicit em̄ Señ. Taz deest auaro qđ hz: q̄ qđ nō hz: q: nescit eo qđ habet frui. Et Juuena. Crescit amo: nūmi quantū ipsa pecunia crescit.

Egeo
Careo.
Uaco.
desidero
Forum
Forus.
Fori.

¶ Metrum tertium tertii libri.

Sctūs thomas

QUamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Oneretq̄ baccis colla rubri littoris:
Ruraq̄ centeno scindat opima boue:
Nec cura mordax deserit superstitem:
Defunctūq̄ leues non comitantur opes.

QUāuis fluēte diues auri gurgite. Jstud ē tertiū metrū huius tertij: qđ o: archilochium ab inuento:e: iambicū a pede predomināte. cui ꝓiūgit metrū elegiacū in quo metro pbia inuehit ꝓtra auaros quos in p̄nti vita sollicitudo diuitiaruz affligit: ⁊ in morte declinąt. ⁊ dic̄ q̄uis diues auarus fluente. i. inundante auri gurgite. i. multitudine cogat. i. cōgreget opes nō expleturas suā cupiditatem: et q̄uis diues oneret. i. p̄mat colla sua baccis. i. gēmis preciosis: rubri littoris. i. rubri maris: q: gēme colligunt in littore rubri maris: ⁊ q̄uis scindat. i. diuidat arūdo rura opima. i. agros fecūdos cēteno boue. i. cū centū bob⁹ adhuc cura mordat. i. sollicitudo nō deserit ipm supstitē. i. viuentē: q̄z pro ⁊ leues opes. q̄ leuiter trāseūt nō comitant ipm defunctū. i. mortuū. ¶ No. circa litterā q̄ gurges ꝑm Hugui. ⁊ Jsido. in li. ethimo. est locus altus. i. ꝑfundus in flumine: ⁊ in ꝓposito signat abundantē affluentiā auri. Jtē ꝑm hugu. bacca ꝑ duplex c inuenit positū ꝑ fructu oliue vel lauri: vel pro quolibet fructu. aliq̄n aūt inuenit ꝑ gēma p̄ciosa ⁊ sic sumit hic. Jtē diues auarus duplici malo p̄mit in p̄nti vita: semp sollicitat: ⁊ post mortē nihil eū de diuitijs comitatur de q̄ diuite loquit Alan⁹ in li. de plāctu nature dicēs. Ut loculis varia nūmoz fercula doner. Jmponit ꝓprio diues ieiunia ventri. Jtē ioculat ocellis diues in argēto. sz venter philosphari cogitur.

Gurges
Bacca

Ascensi⁹

QUāuis fluente ⁊c. Cantus hic est dicolos distrophos. prior vsus est archilochius trimeter iambicus senis pedibus constans: inter quos predominat iambus. Posterior est elegiacus pentameter: de quo in p̄mo carmine libri p̄mi dictū est. Sensa verboz aperta sunt: verba ipsa nō obscura. Attende tamen gurgitem ꝓprie dici fluctū precipitem oia ingurgitantem ⁊ secū rapientem. Pōt aūt loqui gnaliter de quocūq̄ gurgite. sunt em̄ varij fluuij auriferi ⁊ habentes arenas auro insignes: vel loquit specialiter de tago ⁊ pactolo fluuijs auriferis. de quoz prioze sic iquit Juue. tanti tibi nō sit opaci Dis arena tagi: quodq̄ in mare volvit aurū. Ut somno careas. De pactolo vide Ouid. in. xj. metamo:. Oneretq̄ baccis. Bacca c duplici ⁊ sine aspiratione scriptū significare pōt oēz fructum minoz arboz ⁊ fruticū: ꝓprie tamen Olive: Lauri: Myrti: Lentisci: Fabe: Siriace ⁊ eiusmodi arboz: quarū fructus rariores veniūt ⁊ disperssius: vt inquit Ualla. Nam qui densius nascunt acini potius vocandi sunt. vt grana vue: hedere sambuci: ebuli mali punici ⁊c. Sed nōnunq̄ cōfunduntur. Quia bacca generaliter accipit: vt autor est Seruius ad illud tertij Enei. Uictū infelicem baccas lapidosaq̄ corna dant rami. Unde alibi pro acinis ebuli dicit Virg. Sanguineis ebuli baccis nimioq̄ rubentem. ⁊ q: vniones baccarū rotunditatē ⁊ figurā habent; etiā bacce dicunt. vnde est. j. Enei. Colloq̄

Bacca.
Acini.

margari monile baccatū.i.inquit Seruius:ornatum margaritis. Dicit aūt hoc margaritū:ꝛ hec margarita: et
ta. hec margaris. Sunt qui separant gēmas ꝛ margaritas. Lice. Nullā gemmā aut margaritā. Et gēmas
Gēma. dicunt diuersi coloris:margaritas vo albas. vel gēmas integras:margaritas pertusas. Hec Seruius.
Uniões Quare aūt vniones vocent docet Pli. qm̄ em̄ singule reperiunt hmōi gemme ab vnitate vniones vo
cantur. Unde Solinus. Lapis iste in aquis mollis est:humo durat exemptus:munq̄ duo simul repe
riuntur. Ūn vnionib⁹ nomen datur. Nascunt aūt vt docet Pli. Bacce in mari indico. sed precipue lau
Baccha dantur circa arabiā pſico sinu maris rubri ꝛc. Inde hic dicit rubri littoris. Baccha aūt aspiratū sacer
Rura. dos est bacchi:sicut phebas phebe. Rura opima.i.pinguia arua ꝛ fecūda. dicit aūt rus. q: rursum co
lendum est. Virg. in georgi. Redit agricolis labor actus in orbem. Atq; in se sua p vestigia voluit an
Opimū nus. Opimū aūt fecundū ꝛ pingue dicit ꝛ per translationem opulentū ꝛ pomposum. Unde opima
Cura spolia sunt q̄ principi militie detracta Jouī olim dicebant. Nec cura mordax. Assidue mordens dicitur
cura eo q̄ cor vrat. Est ergo misera diuitiarū possessio q̄ neq; hic sine anxietate possident: neq; sine la
bore pariuntur:neq; sine dolore derelinquunt:cum tamen derelinqui debeant; antiqua non comitan
tur defectum: nisi forte per eleemosynas premiserit eas.

Sctūs thomas ¶ Prosa quarta tertij libri.

¶ Prosa quarta tertii libri.

SEd dignitates. Jsta est quar
ta prosa i qua probat pbia q̄
dignitates tales nō cōferunt
honorē ꝛ reuerētiā:quā pmit
tere vident. ꝛ p cōsequēs nō est in eis ve
ra beatitudo. ꝛ primo ponit q̄ dignita
tes faciūt honorabiles. Scdo improbat
illud:ibi. Num vis. Primo dicit. Sed di
gnitates reddūt hoiem honorabilem et
reuerendū cui puenerint. ¶ No. honor
est exhibitio reuerētie alicui i testimoniū
virtutis:sicut accipit ex.iiij. Ethi. vel ali
Honor. ter. Honor est opinionis benefactiue si
gnum. vt dicit Arist. in lib. rbeto. Quan
Reuerē do em̄ opinamur nobis posse beneficri
tia. ab aliquo ipm honoram⁹. Sed reueren
tia est decens: ac matura grauitas sm
Tul. ¶ Num est vis ea magistratibus?
Hic pbia improbat oppositum quadru
plici via. scilz q̄ dignitates nō conferūt
honorem ꝛ reuerentiā. Primo q: malis
sepe eueniunt. Secundo q: per dignita
tes vitia improborum innotescunt. Ter
tio q: opinione hominū vilescūt. Quar
to quia tempor mutatione splēdere de
finunt. secūda ibi. Jn quo. tertia ibi. Atqui vt agnoscas. quarta ibi. Sed hoc apud. Primo dicit. Num
pro nunquid ea vis. i. talis virtus:est magistratibus. i. dignitatibus: vt inferant virtutes mentib⁹ vten
tium eis:ꝛ depellant vitia? quasi dicat non. vnde subdit. Atqui pro certe dignitates non solent fugare
nequitiam: sed potius illustrare. idest manifestare: quo fit. idest propter quod fit: vt nos indignemur
eas sepissime contigisse hominib⁹ nequissimis. Unde Catullus qui erat vir sapiens ꝛ virtuosus: No
nium qui erat homo vitiosus appellat strumā licet viderit ipsum sedentem in curuli. idest in sede digni
tatis iudiciaria. Vides ne igitur quantum dedecus dignitates adiiciant malis hominibus ꝛ manife
stant eos esse contēptibiles a bonis. Atqui pro certe indignitas. i. malicia cor min⁹ patebit: si nullis ho
noribus inclarescant. idest splendeāt. O Boetij nunquid tu potuisti tot periculis adduci. idest affligi:
vt cum decorato. idest tali viro magistratum gereres: cum in eo respiceres mentem nequissimi scurre ꝛ
delatoris? quasi dicat. Nūquid possumus iudicare dignos reuerentia ob honores. i. propter dignita
tes: quos iudicamus indignos ipsis honoribus. i. dignitatibus? q. d. non. Et si quem videres preditū
sapientia: lz nō haberet dignitatem: nūquid posses eum nō putare dignū reuerentia vel sapientia qua
preditus esset? q. d. nō posses eum iudicare indignum sapientia ꝛ virtute sua: q: propria dignitas inest
virtuti: quā virtus transfundit in eos quibus fuerit adiuncta: ꝛ q: populares honores hoc facere ne
queunt: liquet. i. manifestū est eos propriā pulchritudinem dignitatis nō habere. ¶ No. ex littera po
test formari talis ratio. Illud quod adueniens alicui non confert honorem illud non facit vere hono
rabilem: sed dignitates non conferunt honorem cui adueniunt: nec tollunt si non adueniunt: ergo ꝛc.
Minor probatur: q: honor sequitur virtutem ex.iiij. Ethicor. vnde vitiosum nullo honore dignū re
putamus: in quacūq; dignitate fuerit: sed solum virtuosum etiam si non sit in dignitate. cum igitur di
gnitates temporales nō conferant virtutes nec tollant vitia; manifestum est q̄ honorabiles nō faciūt.

¶ Prosa quarta tertii libri.

SEd dignitates honorabilē reuerēdūq; cui
puenerint reddunt. ¶ Nū uis ea est ma
gistratibus: ut utentiū mētibus uirtutes
inferāt: uitia depellant? At qui nō fugare: sed illu
strare potius nequitiā solent. Quo fit ut indigen
mur eas sæpe nequissimis hoibus contigisse. Vn
de Catullus licet in curuli Noniū sedentem stru
mam tamen appellat. Vides ne quantū dedecus
malis adiiciant dignitates? At qui minus eor pa
tebit indignitas si nullis honorib⁹ inclarescāt. Tu
quoq; nō tādem tot periculis adduci potuisti: ut
cū Decorato magistratū gereres: cum in eo mentē
neqssimi scurræ delatorisq; respiceres? Nū em̄ pos
sum⁹ ob honores reuerētia dignos iudicare: quos
ipsis honorib⁹ iudicamus indignos? At si quem
sapientia prædituū uideres: num posses eū uel reue

¶ No. ꝙ Catullus erat vir ſapiēs ⁊ virtuoſus: q̄ Noniū ſedentē in curuli ex animi indignatione vocabat ſtrumā: eo ꝙ viro tā malicioſo collata fuit dignitas. Eſt autē ſtruma cōgeries humoꝝ in collo. ſub hac aūt ſilitudine ipm appellat ſtrumā: q̄ in pectore habuit congeriē vitioꝝ. ¶ Nota ꝙ rex theodorici cus voluit quendā noie decoratū violēter tēdere in magiſtratū: vt vna cū Boe. rēpub. regeret: cui⁹ nequitia boe. deteſtat⁹ recuſauit ſibi aſſociari. ꝓpter qđ Boe. mulcī iniurijs afflict⁹ fuit a rege theodorico.

rētia: uel ea qua p̄ditus ē ſapiētia nō dignū puta re? B. Minime. P. Ineſt em̄ dignitas ꝓpria uirtuti quā ꝓtinus in eos qbus fuerit adiūcta trāſſundit. qđ quia ppīares facere nequeunt honores: liquet eos ꝓpriā dignitatis pulchritudinem nō habere. ¶ In quo illud ē aduertēdū magis. Nā ſi eo abiectior eſt: quo magis a pluribus qſq̄ cōtēnit: cū reuerēdos facere neq̄at: quos pluribus oñtat deſpectiores: potius improbos dignitas facit: ue? nō impune. Reddūt nāq̄ improbi parē dignitatibus uicē: quas ſua cōtagiōe cōmaculāt. ¶ Atq ut agnoſcas uerā illā reuerētiā p has umbratiles dignitates nō poſſe cōtingere: ſic collige. Si qs multiplici cōſu latu functus in barbaras nationes: forte deuenerit: uenerādū ne barbaris honor facit? At q ſi hoc natu rale munus dignitatib⁹ foret: ab officio ſuo quoquo gētiū nullo mō ceſſarēt. Sicut ignis ubiq̄ terrarū: nūq̄ tñ calere deſiſtit. Sed qm̄ id eis nō ꝓpria uis: ſed hoim fallax annectit opinio: uaneſcūt illico cū a d eos uenerint: q dignitates eas eſſe nō æſtimāt. ¶ Sed hoc apud exteras nationes: inter eos uero apud quos ortæ ſunt: nō perpetuo ꝑdurant

Scurra.

¶ No. ꝙ ſcurra ſcōz illugu. idē eſt qđ lec cator: vl vaniloqu⁹. ꝓpūe aūt dr: q̄ ſeq̄tur curiā grā eibi. ¶ No. ꝙ vir⁹ facit hoiez reuerēdū: ⁊ nobilē: nō dignitas q: dicit Señ. xliij. epi. Uir⁹ nō accepit Plato nē nobilē ⁊ reuerēdū ſz fecit. q̄s em̄ ē generoſus: virtuoſus: ⁊ dign⁹ niſi q̄ ad vtutē ē bñ diſpoſit⁹? Nō facit hoiem nobilē atriū plenū famoſis imaginib⁹ ⁊ nūmis ſz anim⁹ ē vir⁹ ſupra fortunā ſurgens.

Virtus.

¶ Jn q̄ illud eſt aduertēdū magis. Hic pbia ꝓbat ſcōa via ꝙ dignitates nō faciūt hoiez nobilē ⁊ honorabilē q: vitia improborum manifeſtāt dicēs. in q̄. ſ. ꝙ dignitas aduenit magis: illud ē magis aduertēdū. ꝙ ſi aliq̄s eo ē abiectior. i. vilio: quo. i. quāto magis ꝓtēnit a plurib⁹ cū dignitas neq̄at facere improbos reuerendos ſz ipſos facit deſpectiores: quos plurib⁹ oſtentat: verū pro ſed: hoc nō eſt impune. i. dignitas nō facit hec ipunita q: improbi parē vicem reddūt dignitatib⁹ quas ipſi cōmaculāt ſua cōtagione. q. d. ſicut dignitas maculat improbos: q: eorū malicia manifeſtat. ſic ecōtra improbi maculant dignitates. ¶ No. ꝓ dignitates vitia improbor⁹ inoteſcūt: q: ꝓncipatus virū oſtendit. cū igit faciat hoiem cōtemptibilē tꝑalis dignitas: adueniens improbis facit eos deſpectiores. vnde Juue. poeta. Dñe animi vitiū tāto cōſpectius in ſe crimē ḥz quāto q̄ peccat maior habetur. ⁊ Señ. loco ignomine apud indignum eſt dignitas.

¶ Atqui vt agnoſcas. Hic pbia probat tertia via ꝙ dignitates nō faciunt reuerendum: q: opinione hoim vileſcūt qui em̄ dignitatib⁹ funguntur q̄uis a ſuis honorentur: tamen apud extraneos hoies nō curantur: vt ab illis q̄ ſunt alteri⁹ diocefis. vñ dicit. Atqui ꝓ certe vt tu agnoſcas veram reuerentiā q̄ eſt beatitudo nō poſſe cōtingere alicui hoi per has dignitates vmbratiles. i. tranſitorias ad modū vmbre. ſic collige. ſi q̄s hō funct⁹. i. vſus multiplici ꝓſulatu. i. dignitate deuenerit forte in barbaras natiōes. i. extraneas gētes: facit ne honor ꝓſulat⁹ ipſum venerādū barbaris? q. d. non. Atq̄ ꝓ certe ſi b ſcz facere reuerendū barbaris: eſt naturale mun⁹ dignitatib⁹: nullo mō ceſſarēt ab officio iſto quoquo. i. quocūq̄ loco gētiū. ſicut ignis vbiq̄ terrarū nūq̄ deſiſtit calere. i. cremare. Sz qm̄ id ſcz reuerēdū facere: eis annectit fallax opinio hoim: ⁊ nō ꝓpria vis: illico. i. ſtatī vaneſcūt: cuz ad eos venerint q̄ nō eſtimāt eas eē dignitates: ſicut ſunt natiōes barbarice. i. extranee.
Cōnectens animā/per consona mēbra resoluis:
Quæ cum secta duos motū glomerauit in orbes:
In semet reditura meat/mentēq̄ profundam
Circuit.& simili cōuertit imagine cœlum.
Tu causis animas paribus uitasq̄ minores
Prouehis/& læuibus sublimes curribus aptans
In cœlum terramq̄ seris/quas lege benigna
Ad te cōuersas reduci facis igne reuerti.

Elementa.

Aīa mūdi.

Orbes celestes.

Aīarum creatio

¶ Da pater augustã. Postq̃ pbia captauit beniuolentiá dei ipm multiplr cõmendádo: hic exprimit suá petitionẽ di. O pr tu q facis oia pdicta: da. i. cõcede mẽti humane scẽdere augustá sedẽ. i. nobilẽ sedẽ sũmi boni. da lustrare. i. iuestigádo inuenire fontẽ boni. i. deũ q est fons ois boni. da luce perpetua. i. cognitiõe phabita in te defigere. s. p amorẽ: cõspicuos visus. i. claros intuit9 animi. i. rõnis t itellect9. O p r tu disijce. i. dipge nebulas. i. obscuritates t põdera: i. gũitates terrene molis. i. dilectionis terrene: atq; mica. i. resplẽde tuo splendore: tu náq; es serenũ q sup. omia illustrát. Tu es tráqlla reqes pijs sup. mẽtib9. te tuere. i. videre ẽ finis sup. ois. Tu idẽ exístes es pncipiũ: q: ozigo oim reruz. Tu es vector: q: vehis nos p grãm quo pueníre nõ possum9 p naturá. Tu es dux ducẽs ab errore ignoratie ad veritatẽ sapie. Tu es semita cũ fis via t veritas: t p te ad tei pm pueniť. Tu es termin9 vltra quẽ nihil credit: cũ fis sũmũ t pfectũ bonuz. ¶ No. q sedes summi boni dr augusta. i. nobilis. q: nihil sibi cõparari põt. Jtẽ deũ vocat fontẽ summi boni: sicut em riuuli habẽt existere t fluere a fonte: t ipse a nullo. sic a deo oẽ bonũ hz esse: ipse aũt a nullo. ¶ No. ad b q sedes summi boni pscendat opz q inuestiget: t q: nõ sufficit iuestigare si nõ iueniat: nec inuenire si nõ diligat: sic pbia petit p amorẽ defigi visum animi. s. rõnẽ t intellectũ in summũ bonũ. ¶ No. q q: itellect9 t rõ ipediunt t obscurant p affectionẽ desideriop terreno9: q: corp9 qđ corrũpit aggrauat aiam: qñ corpori ẽ subiecta: ic pbia petit fugari nebulas terrene molis: t q: nõ sufficit fuga tenebraz nisi adsit lux illuminãs: ic põ petit illuminationẽ dicẽs. Atq; tuo spẽdore mica. Jtẽ disijcio. i. dispgo vl removeo: t dr a dis ppositiõe inseparabili t a vbo iacio iacis: mutãdo a in i. vñ fit i duplex disijcio.

Ascẽsi9

Qui ppetua tc. Carmẽ est exametrũ heroicũ monocolon. de quo in pmo carmine pmi libri satis diximus. Congruit aũt huic ardue inuocationi. Quẽ nõ externe tc. Cũ em deus sit pfectus nullius egẽs: nec ex creaturarũ laudatiõe gloriosior: nec ex earuz negligẽtia minior: p sua bonitate cui9 creaturas ptícipes esse voluit cũcta creauit. remotissim9 ab oi inuidia: q tũc nullũ hz locũ qñ nulla appareret emulatio. vñ dicit. Liuore carens: vbi tñ fm vallá poti9 dicere liuore vacás. Est aũt liuor macula subnigra generata ex cõpressione vel cõtactu alteri9 corpis. Ex cõpressione: vt apud Juuenalẽ. Uua q cõtacta liuorẽ ducit ab vna. Ex cõtactu. vt apud Tibullũ. Tum succos herbasq; dedi qs liuor abiret. Quẽ facit impsso mutua dente ven9. Et q: in hoie iuidioso qui seipm psumit solet liuidus | color apparere. ic liuor accipit p vehemẽti inuidia. Sicut cádo: pro pulchritudine animi ab oi inuidia abhorrẽtis. Supno exemplo. quá platonici id eá vocár: hic explũ vocat: qđ etiam exemplar dici põt. Legendũ est ppter versum similiq; ab imagine formás. Nam imago pmá corripit. Tu numeris elemẽta ligas. Quia oia in numero: põdere: t mẽsura cõstituit de9: simul aũt elementa ptraria. sed media elemẽta tẽperata sunt: vt frigida nõ psymantur a calidis: sicca ab humidis. Quin a deo pter naturá elemẽtop de9 ad vtilitatẽ nostrá ptineri facit ignẽ p parte in terris: t maria intra alueos suos. cũ tñ locus naturalis ignis sit inter cõuexũ aeris t concauũ lune: vbi etiam elemẽtaris t ĩmixtus est: t quo hic noster tendit licet nõ euolet. i. totus e cõspectu nostro volet. At locus naturalis aque est cõuexum terre: t concauũ aque: t ita deberet terra propter grauitatem suam aquis tegi: nisi deus aliter ordinaret. Tu triplicis: q̃uis in superioribus cõmentis satis philosophatum sit: dicam tñ pauca q̃ Macrobius in de somnio Scipionis recitat. Sũt aũt hec. Maluerũt mũdum alij in elementa ter quaterna diuidere: vt in pmo ordine numerent. Terra: aqua: aer: t ignis: que est pars liquidior aeris vicina lune. Supra hoc rursum totidem numero: sz nature purioris elementa: vt sit luna p terra quá etheream terrá a philicis diximus noiatam. Aqua sit sphera mercurij. Aer veneris: ignis in sole. Tertius vero elementop ordo ita ad nos cõuersus habeat: vt terrá vltimá faciat: t ceteris in mediũ redactis in terrá definat tá ima q̃ summa postremitas. Jgit sphera martis ignis habeatur: aer iouis: saturni aqua: terra vero aplanes: in qua elisios cápos esse puris animis deputatos antiqtas nobis intelligendũ reliquit. de his cápis aia quũ in corpus emittitur p tres elemẽtop ordines trina morte ad corpus vsq; descẽdit. hec est inter platonis de morte aie quũ in corp9 truditur secũda sñia. Jsta Macrobius ex platonicop dogmate: qui oia. i. totum vniuersum quasi in globum colligit: vt aplanẽ. i. firmamentũ terris ppter firmitatem cõparet: saturnũ aquis ppter frigiditatem planete: t qđ eius genitalibus in aquá delapsis venus nata fit. Jouem aeri pro quo sepe ponitur: vt in Heor. Et iam maturis metuẽter iuppiter vuis. Martẽ autem igni. Est em ardens t igneus igneiq; coloris planeta. Et hoc respiciẽs Boetius. ni fallor: dixit triplicem naturá esse. Qđ aũt dicit duos orbes postea: spectat ad terriam opinionẽ platonis. de qua ibidem Macrobius. Duos vo duas: si quidem ei ipsi partem sicut primi faciunt: sed non eisdem terminis diuidunt mundũ. Ui enim celuz quod aplanes sphera vocitatur partem vnã: septem vo sphe ras que vage vocãtur: t quod ĩter illas t terrá est: terráq; ipsam alteram partẽ esse voluerunt tc. videtur ergo Boeti. hos secutus animam mundi inter duas iam dictas partes mediam dicere. Sed scđm secundam opinionem platonicorum

Liuor.

Terq̃ terna elemẽta.

¶ Da pater augustam menti cõscendere sedem;
De fontem lustrare bonis da luce reperta
In te conspicuos animi defigere uisus.
Disiice terrenæ nebulas & pondera molis;
Atq; tuo splendore mica; tu náq; serenum;
Tu requies tranquilla piis te cernere finis;
Principium uector dux semita terminus idem,

omnia inter se glomerari. In celū terrāq; seris. potius dicā celū accipiēdū esse aerē. sicut volucres celi dicuntur. Et a lucre. In hoc celo qui dicit aer. vite em̄ mortaliū sunt inter aerē et terrā. Ille autem in cō mentario dicitur q; anime quotidie creant: quib⁹ creatis infundūtur corporibus. Nō debet intelligi de potentia materie educunt aut ex traduce re: sed hec theologi disquirāt. Reduci igne. i. inquit ꝓmen tari⁹ charitate: qđ nō absurdū est: q: cum singula vitia infernū mereant: sola charitas in celū ducit. Sz q: cetera platonice dicta sunt: pōt t hoc platonice intelligi. vt auctor sub alijs verbis dicat q; Virg. lib. vj. Eneid. sic dicit. Principio celū ac terras cāposq; liquentes: Lucētemq; globū lune titaniaq; astra Spūs intus alit: totāq; infusa per artus Mens agitat molē: t magno se corpe miscet. Inde hoim pe cudūq; genus viteq; volantum. Et que marmoreo fert mōstra sub equore pontus. Igneus ē ollis vi gor: et celestis origo Seminibus: quātū nō noxia corpora tardāt. Thirrēiq; habitāt artus: moribūda q; membra. Hinc metuunt t. Da pr̄ augustam t. Sicut supra ostendimus: quia interpres exponit au gustam. i. nobilem sedem: non dubium est ipsum legisse angustam non augustaz. sed quid sit angustū supra requires.

¶ Prosa decima tertij libri.

Sactus thomas.

¶ Prosa decima tertii libri.

QVoniā igit quæ sit imperfecti q̄ etiā pfecti boni forma uidisti: nūc demōstrādū reor quonā hæc felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primū arbitror inqrēdū. An aliqd hmōi bonū quale paulo ante diffiniisti: in rer̄ na tura possit existere: ne nos p̄ter rei subiectæ ueritatē cassa cogitatiōis imago decipiat: sed q̄n existat sitq; hoc ueluti qdā oim fons bonor̄ negari neq; Cē em̄ qd perfectum esse dicit id diminutione p fecti iperfectū esse phibet. Quo fit ut si in quolibet gñe impfectū qd eē uideat i eo pfectū quoq; aliqd eē necesse sit. Etem̄ pfectione sublata: unde illud qđ impfectum perhibet extiterit: nec fingi quidē potest. Neq; enim a diminutis inconsummatisq; natura rer̄ cœpit exordiū: sed ab integris absolutis q; procedens in hæc extrema atq; effœta dilab it. Quod si (uti pauloāte mōstrauimus) est q̄dā bo ni fragilis imperfecta felicitas: esse aliquam soli dam perfectamq; non potest dubitari. Boeti. Fir missime inquam uerissimeq; conclusum est. Phi.

QVoniā igit que sit impfecti. Ista est decima pla huj⁹ tertij in qua pbia oñdit vbi va bti tudo sit pstituta: t pmo ptinu ando pbat brītudinē pfectā esse in rerū natura. Secūdo oñdit i q̄ sit vera brītu do: ibi. Quovero. Primo dic. O Boe. qm̄ vidisti in pcedēt⁹ q̄ sit forma impf fecti boni: t q̄ sit forma pfecti boni: nūc reor. i. opinor esse demōstrandū quonā. i. vbi hec pfectio felicitatis. i. perfecta fe licitas. sit constituta. in quo sup. inuesti gando illud arbitror primū esse inqui rendum. An aliquod hmōi bonū perfe ctū quale pauloante. s. octaua prosa dif finisti possit existere in rerum natura: ne cassa. i. vana imago. i. species cogita tionis nos decipiat p̄ter veritatē sub iecte rei. i. existētis. Sed nequit negari q̄n existet i rer̄ natura pfectū bonū t p fecta felicitas: t hoc bonū sit velut fōs oim bonor̄: t tūc pdat ipm esse tali ra tione. In quocūq; gñe est reperire imp fectū in eodē est reperire pfectū: sz in ge nere rerū est reperire iperfectū bonū et imperfectā felicitatē: vt ptz ex p̄cedenti bus ergo in rer̄ natura erit dare pfectā felicitatē. Hāc rationē prractat in lra et dicit. Oē qđ d: esse impfectuz illud phi betur imperfectū diminutiōe. i. ex defe ctu perfecti: quo fit vt si in quolibet ge nere videat esse quid. i. aliquid imperfe ctum: i eo genere necesse sit aliquid esse pfectū: et cū p q: sublata. i. circūscripta pfectiōe nec fingi pōt: vñ illud extiterit. i. eē habeat: qđ phibet i pfectū: neq; em̄ natura cepit exordiū a diminut̄ t incōsumatis. i. ab impfectis: sz natura pcedēs ab ite grīs t absolut̄. i. pfectis dilabit i hec extrema. i. iferiora atq; effeta. i. ifructuosa: ex hoc g̃ accipit maior rōnis. in quocūq; reperit aliqd impfectum in eodem reperitur perfectum. Tūc subiūgit minorem dic. vbi pro sicut pauloante mōstrauim⁹: est quedaz fragilis boni t imperfecta felicitas: t ponit conclusio nē dicens: ergo dubitari nō potest aliquā solidam: q; p et perfectam felicitatem esse: quod concedens Boe. dic. firmissime t verissimile conclusum est. Notandum q; in tēporalibus t sensualibus nō pōt eē summū et pfectum bonū: t quia multi sunt qui non putant esse alia bona p̄ter sensualia: ideo ne aliq̄s putet nullum esse perfectū bonū in rerū natura: pbia primo anteq; ostendat vbi sit situm perfectum bonum: probat ipsum esse. ¶ Notandū q; res subiecta est de qua habetur sermo t cognitio: sed dū co gitamus de re que non est: tunc est cogitatio cassa p̄ter veritatem subiecte rei decipiens nos. ne autē talis cognitio videatur esse summi boni: ideo primo probat ipsum in rerum esse natura. ¶ Nota q; imperfectum non potest esse principium rerum: quia perfectum prius est imperfecto. principio autem non est aliquid prius. ex quo sequitur q; vbi est impfectum: ibi est reperire perfectum. ¶ Nota q; est de uenire ad aliquod perfectum a quo natura incipiens progreditur a posteriora imperfecta: cuiusmo

Summū bonū eē.

di sunt hec inferiora: que dicuntur extrema et effecta: sunt vltima causatorum non causa alijs inferioribus. ¶ Quo vero inquit. Hic philosophia ostendit in quo perfectum bonum siue vera felicitas sit sita. Secundo concludit quoddam corrolarium. Tertio mouet dubitationem. secunda ibi. Sup hec tertia ibi. Atqui hoc quoq; Primo dicit vel ostendit perfectam felicitatem esse in deo constitutā. Secundo ostendit per quem modum sit in deo: ibi. Sed queso. Primo ponit vnam propositionē notam. Secundo ex ea probat intētum: ibi Ita vero. Primo dicit. Jam probatū est q̄ est dare perfectū bonū. quo vero. i. in quo habitet. i. lateat illud perfectū bonū: ita considera. Et tunc subiūgit propositionē. Dis conceptio cōmunis humanorū animorū probat. i. cōcedit deū esse bonū et principiū oim rerū. Et q̄ deus sit q̄dam bonū probat per hoc: quia deo nihil melius excogitari q̄at. i. potest: et q̄s dubitat illud esse bonū quo melius est nihil: q. d. nullus. ¶ Notandū q̄ deū ee principiū omniū rerū omnes cōcludūt. sed quia pythagorici duo posuerūt esse principia rerū: vnum bonū aliud malū. ne ergo aliquis occasione huius negaret deum esse bonū: ideo hoc pbat ex eo q̄ nihil potest melius excogitari deo: vnde dicit beatus Augusti. in lib. de doctrina christiana. Oēs latine lingue scientes cum aures eorū sonus tetigerit quo profertur deus: mouētur ad cogitandū excellentissimā quādam immortalem naturam: ita autē cogitatur deus vt aliq̄d quo nihil sit melius. Ita vero bonū esse deū ratio demonstrat &c. Hic probat intentū q̄ beatitudo siue pfectū bonum sit situ in deo tali ratione. Perfectū bonū est vera beatitudo sed deus est perfectum bonū: ergo deus vel in deo est vera beatitudo. vnde dicit in littera. Ratio ista demōstrat deū esse bonū vt conuincat. i. ineffabiliter cōcludat in eo esse perfectū bonū: nā nisi deus sit tale scz pfectū bonū: nō poterit ee principiū omniū rerū. si em̄ nō sit pfectū bonum: erit aliquid prestantius eo possidens perfectum bonum. namq; pro q: omnia perfecta claruerunt. i. manifesta sunt esse priora min⁹ integris. i. imperfectis quare ne ratio procedat in infinitum: cōfitendum est summū deum esse plenissimū summi et perfecti boni: et sic patet minor rōnis scz: q̄ in deo est perfectum bonum. nunc probat maiorem di. Scz cōcessim⁹. i. pbauim⁹ nona psa pfectū bonū esse verā beatitudinem: igitur restat cōcludere q̄ necesse est verā btitudinē sitā esse in summo deo. Cui boe. consentiēs ait. Accipio. i. cōcedo inquā: nec ē qđ vllo mō queat cōtradici. ¶ Nota q̄ si deus nō esset pfectū bonū: scz imperfectū pcederet in infinitū sic arguendo. Deus vel est pfectū bonū vel imperfectū: si pfectū habet ppositū. si imperfectū: ergo erit aliquid prius eo: cū pfectū sit prius imperfecto. Illud ergo prius vel est perfectum bonū vel imperfectū: si pfectū illud erit deus: et habetur ppositū. Si imperfectū est aliq̄d prius eo: cum perfectū sit prius imperfecto. Iterū queritur de illo priori. vel est pfectū bonū vel imperfectū: et sic procederetur in infinitū: vel dabitur deū esse pfectū bonū. et hoc innuit in lra cū dicit. Quare ne in infinitū ratio procedat. ¶ Sed queso te inquit. Hic pbia ostēdit p quēmodū vera beatitudo sit in deo: q: nō est in deo tanq̄ aliquid distinctū ab ipso: sicut accidens a subiecto: sed est idem cum ipso. quod pbat quatuor rationibus. secūda ibi. Postremo. tertia ibi. Respice inquit. Primo pmittit intentū suum cū quadam diuisione cuius mēbra improbat dic̄. O boe. queso te vide q̄ id sancte. i. firmiter et inuiolabiliter pbes: qđ diximus summū deū esse plenissimū summi boni: et dic̄. Boe. Quonāmodo sup. hoc pbat: tūc ponit pbia diuisionē di. Presumas. i. putas ne hunc patrem oīm rerū accepisse extrinsecus illud summum bonum: quo perhibetur esse plenus: vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonum quasi cogites diuersam esse substantiam dei habentis: q̄ p et beatitudinis habite: et tunc improbat mendacium. Primo q̄ deus non accepit summum bonum ab extrinseco dicēs. Nam si putes bonū quod in deo est extrinsecus acceptum; tunc tu possis. i. potes estimare esse prestantius; id est melius illud bonum

¶ Quo uero inqt habitet: ita considera. Deū rerū oīm principē bonū esse cōmunis humanorū conceptio pbat animorū. Nā cū nihil deo melius excogitari queat: id quo melius nihil est bonū eē qs dubitat? ¶ Ita uero bonū eē deū ratio demōstrat: ut perfectum quoq; i eo bonum esse cōuincat. Nā ni si tale sit: rerū omniū principium esse non poterit. Erit em̄ eo præstantius aliquid perfectū possidens bonum quod hoc prius atq; ātiquius esse uidea tur. Oia namq; perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare ne in infinitū ratio pcedat cōfitendū est summum deū: summi pfectiq; boni eē pleniſſimum. Sed pfectum bonū uerā esse btitudinē constituimus. Verā igitur beatitudinē in summo deo sitā esse necesse est. Boe. Accipio inquā: nec est qđ cōtradici ullomodo queat. Phi. ¶ Sed quæso inquit te uide q̄ id sctē atq; inuiolabiliter probes: q̄ boni summi summum deū diximus eē pleniſſimum. Boe. quo nā inquit modo? P. Ne hunc rerum oium patrē illud summū bonum quo plenus esse perhibet uel extrinsecus accepisse: uel ita naturaliter hr̄e p̄sumas: quasi habētis dei habitæ q̄ btitudinis diuersam cogites esse substātiā? Nā si

extrinsecus acceptū putes pstātius id qđ dederit eo qđ acceperit existimare possis/sed húc eē rerū oim pcellētissimū digníssime cōfitemur. Quod si natura qdē ineſt/sed rōne diuersum cū de rerū principe loq̄mur deo/fingat q pōt qs hæc diuersa cōiūxerit ¶ Postremo qđ a qualibet re diuersum ē: id nō ē illud a quo itellgit eē diuersum. Quare q đ a summo bono diuersum ē sui natura/id summū bonū nō est.qđ nephas ē de deo cogitare.quo nihil constat eē pstātius. ¶ Oīno em̄ nullius rei natura suo principio melior poterit existere.quare quod oīm principiū sit;id etiā sui substātia summū eē bonū ueríssima rōne cōcluserim. Boe. Rectíssime inquā. P.Sed summū bonū btitudinē eē cōcessum ē.Boe. Ita est inquā.P.Igitur deū inqt eē ipsam btitudinē necesse est cōfiteri.Boe. Nec ꝓpositis inquā priorib⁹ refragari q̄o.Et ab illis hoc illatū cōsequēs esse pspicio.Phi. ¶ Respice inqt an hinc quoq; idē firmius approbet q duo summa bona q̄ a se diuersa sint/esse nō pñt.Etem̄ q̄ discrepant bona nō esse alterū qđ sit alterū liq̄t/quare neutrū poterit eē pfectū/cū alterutri alterū deest/sed qđ pfectū nō sit id summū nō esse manifestū est/nullo mō igit q̄ summa sunt bona ea pñt eē diuersa. Atq & btitudinē & deū summū eē collegimus/quare ipsam necesse

extrinseco vel ineſt sibi naturaliter:si ab extrinseco aliqđ erit pstātiꝰ et nobiliꝰ deo qr dās summū bonū pstantiꝰ ē recipiēte ipm.si aūt ineſt naturaliter vl tanq̄ idem sibi vel ad tāq̄ diuersum ab ipso:si tāq̄ idē sibi habeť ꝓpositū: si tāq̄ diuersum ab ipso erit aliqđ ꝑius q ista diuersa cōiūxit.tale aūt fingere ē difficile. ¶ Postremo qđ a q̄libet.Hic pbia ponit secūdā rōnē q summū bonum i deo nō differt ab ipo.t est rō talis. Illud qđ est diuersum ab alio nō est illud a q̄ est diuersum si q̄ summū bonū esset diuersum a deo: deꝰ nō eēt summū bonū qđ nephas est dicere.vñ di.in lra. Postremo illud qđ est diuersum a q̄libet re illud non est illud a q̄ videť esse diuersum: q̄re qđ sui natura diuersum est a sūmo bono illud nō est summū bonū:si igitť summū bonū ita sit in deo q ꝑm naturā est diuersum ab eo:sequitť q deus nō sit summū bonū: qđ nephas est cogitare de eo: q̄ nihil ꝓstat esse pstātius. ¶ No.si aliqđ esset in deo diuersum ab ipo:deꝰ eēt cōpositꝰ t nō essentie simplicis:qđ est falsum. Itē qđ est in deo diuersum ab ipo vel est accidēs vel ps eius:nō accidens q: deꝰ nō est subiectū alicuiꝰ accidenť: si est ps eius cū ps ꝑcedat totuz: aliqđ erit ꝑius deo quod est falsum. ¶ Oīno em̄ nulliꝰ rei natura. Hic pbia ponit tertiā rōnē q̄ talis ē. Illud qđ est ꝑncipiū oīm rerum formaliter est summū bonū: q summo bono non pōt esse ꝑncipiū:sed deꝰ est ꝑncipiū oīm rerū: g̊ formaliter est summū bonū. summū aūt bonū est btitudo: g̊ deꝰ formaliter ē sūma btitudo. vñ di.i lra. Oīno.i.gñaliter nulliꝰ rei natura poterit existere.i.eē melio: suo ꝑncipio: q̄re qđ oīm sit ꝑncipiū sic deꝰ.illud etiā ꝓcluserim verissima rōne summū eē bonū sui substātia.i.p sui substātiā. cui assentiēs Boe.dicit rectíssime inquā ꝓcluſum est.s̄z sūmū bonū eē btitudinē ꝓcessum ē. Dicit boe.t ita est inquā. Cōcludit g̊ pbia. Itē necesse ē deū ꝓfiteri ipam btitudinē. Dicit boe. Nec q̄o refragari.i.resistere priorib⁹ ꝓpositis.i.ꝑmissis:t ego pspicio ꝫ illatū esse ꝓsequens ab illis.i.ab illa. ¶ No.q ꝑncipiū oīm rerū opz esse summū bonū substātialiter:q si aliqđ aliud a ꝑncipio eēt summū bonū substantialiter sicut aliqđ ꝑncipiatū. sequitť q ꝑncipiatū sit nobilius suo ꝑncipio. Nā bonū substātialiter nobiliꝰ est bono accidentaliter. Itē si ꝑncipiū nō est bonū substātialiter:sed accidētaliter cū oē qđ est tale p accidens reducatť ad aliqđ tale p se:tunc ꝑncipiū reduceretť ad aliqđ:t p ꝓns nō esset ꝑncipiū. ¶ Respice inqt an hinc. Hic ponit quartā rōnē q btitudo in deo nō differt ab ipso:si btitudo differt a deo cuz vtrūq; tā deꝰ q̄ btitudo sit summū bonū:essent duo summa bona quoz vnū nō esset alterū t cū vnū defit alteri neutrū erit pfectū t summū bonū,q: pfectū est cui nihil deest. g̊ necesse est btitudinē esse idē cū deo.vñ dicit in lra. O Boe.respice an hinc qđ mō dicā illud qđ ꝓbatū est firmiꝰ approbet duo summa bona esse nō pñt q̄ sint a se diuersa. Etem̄ liquet.i.manifestū est:q bona q̄ discrepāt nō eē alterū sup.eoz bonoz qđ sit alterū:quare cum alterū deest alterutri.i.quare cum defit alterum alteri: neutrū poterit esse pfectum:cū pfectum sit cui nihil deest.sed manifestum est illud nō esse summū bonū qđ non est perfectum.igitur nullo modo possunt esse diuersa ea q̄ sunt summa bona. Atqui ꝑ certe deum t beatitudinē collegimus esse summū bonū:quare necesse est ipam naturā que sit diuinitas idest naturā dei esse summā beatitudinē.qđ Boe. approbat dicēs. Nihil verius est ipsa re:nec ratiocinatione ipsa firmiꝰ nec deo digniꝰ ꝓcludi pōt. ¶ Notandū ex quarto topicoz id qđ ꝑ supabundātiā

ō: vnisoli cōuenit. ¶Cum igitur summū bonū dicaᷓ ꝑ superabūdantiā: nō erūt duo summa bona. Itē si essent duo summa bona vel essent eiusdē speciei vel differrent specie: si eiusdē speciei: erunt equaliter ꝑfecta: ꝛ vnū erit supfluū. si differūt specie: vnū erit ꝑfectius altero: q: ipossibile est duas species esse equaliter ꝑfectas. sed qꝺ est impfectꝰ nō est summū bonū: ꝯ nō sunt plura summa bona. ¶Super hec igitᷓ inquit. Hic pbia ꝯcludit ex dictis quandam ꝯclusionē cozrelariā di. Sup hec scz predicta ego tibi dabo cozrelariū. i. ꝯclusiōz cozrelariā: ita scilz sicut geometre aliquid solent demōstratis suis ꝓpositis inferre: q̄ illata ipi vocāt porilmata. i. aptōes ꝛ tunc ponit cozrelariuz ꝙ oīs beatus est deus. qꝺ sic infert. q: adeptiōe beatitudinis fiūt hoīes bti. btītudo vo est ipsa diuinitas: vt ꝓbatū est: manifestū est hoīes beatos fieri adeptiōe diuinitatis: sed sicut adeptione iustitie fiunt hoīes iusti: ꝛ adeptione sapiētie fiūt sapientes: ita necesse est adeptiōe diuinitatis: esse btōs siue deos. Igitᷓ oīs beatus est deꝰ sed natura quidē vnus deus est ꝛ nō plures. participatiōe vo nihil ꝓhibet plures deos eē. Hāc ꝯclusionē cōmendās Boe. di. Et pulchrū inquā hoc scz qꝺ mō ꝯclusisti atq; p̄ciosum: siue porisma siue cozrelariū mauis. i. magis velis ipm vocari. ¶Notandum ꝙ oīs btūs est deus. Hoc ꝓbatur ex hac sic. Hoīes sunt beati adeptiōe beatitudinis sed btītudo est diuinitas: ꝯ hoīes fiunt beati adeptione diuinitatis scz adeptione diuinitatis aliquis efficit deus: ergo oīs beatus est deꝰ. Uel pōt sic argui. Adeptione diuinitatis aliquis efficitur deus: adeptione diuinitatis aliqs efficitur beatus: cū diuinitas sit idē cuz btītudine: ergo oīs beatꝰ est deꝰ. ¶Nota ꝑm Hug. porus porī est subtile foramen in cozpore ꝑ qꝺ sudor emanat. In de porisma porisinatis. i. apertio vel illuminatio sensus. dicūtur etiā porismata regule quas geometre ꝓponunt ad aliqꝺ ostendendū eo ꝙ aperiant ꝛ illuminent mentē lectoris. ꝛ ipse allegat Boetiū in hoc libro de hoc noīe porisma. ¶Nota ꝑm Hug. a corona venit cozonariū qꝺ est premiū victorie vel premiū belli vel certaminis. s. cozona vel aliqd aliud. vel cozonarium est: vnde aliqs meretur honorem vel adipiscitur cozonā. ꝛ etiā allegat Boe. in hoc loco de hoc nomine cozonarium: sed cōiter noiaᷓ cozrelariū. ꝛ est cozrelariū ꝯclusio sequens ex premissis. ¶Nota aliquis diceret. Si oīs beatus est deus cum plures sint beati: plures erunt diī. Respōdet boetius ꝙ vnus est deus naturaliter ꝛ essentialiter: sed participatiue: scz participatione virtutis ꝛ immortalitatis possunt esse plures diī. Unde psalmus. Ego dixi dii estis ꝛ filii excelsi omnes. Item innuit pbs. ii. Meta. vbi sic concludit. Non valet pluralitas p̄ncipum: sit ergo vnus p̄nceps ꝑm naturā ꝛ essentiaz. ergo dicit Seneca. Uir speculatiuus est quasi deus in humano cozpore hospitatus. Ꝓ quo vlterius notanduz ꝙ deus est quadruplex. Aliquis est deus nūcupatiue: vt idolum. Alius vsurpatiue: vt demones cultum dei sibi vsurpantes: vt dicit scriptura. Dēs diī gentium demonia. Tertius participatiue. vt hoīes beatitudinem participantes. Quartus deus natura habens essentie eternitatem: īmutabilitatem ꝛ cōmunicabilitatem. Primis tribus modis possunt bene esse plures diī: sed non quarto modo. Ultimo nota deitatem siue diuinitatem participare: nō est nisi īmortalitatem: impassibilitatē: subtilitatē ꝛ agilitatem adipisci. Nā mortale additum nobis sepat nos a diīs vt dicit Porph. ergo adeptiōe īmortalitatis erimus diī. Atqui hoc quoq; pulchrius. Hic pbia monet circa predicta quādam dubitationē. Secundo soluit eam ibi. Cuius discretione. Primo dicit. Ex quo dicis hoc cozrelariū est pulchrū. Atqui pro certe hoc qꝺ iam dicā nihil pulchrius: quod ratio persuadet esse annectendū his scz supradictis: ꝛ dicit Boe. quid est pulchrū illud: dicit pbia. Cum beatitudo videatur etiam multa cōtinere dubitatur vtrum hec omnia cōiungant. i. constituant veluti vnum cozpus beatitudinis quadam varietate partium: an sit aliquid eozum quod compleat substantiam beatitudinis ad quod cetera referanᷓ. Tunc Boetius petit hāc questionē magis elucidari dicens. Uellem inquit vt patefaceres illud qꝺ queris commemoratione ipsarum rerum supple explicando; ꝛ philosophia condescendens Boetio queric

Oīs beatꝰ ē deꝰ.

Porus

Cozonariū.

Deus.

est summā eē beatitudinē q̄ sit summa diuinitas.

Boe. Nil inquā nec re ipa ueriꝰ nec rōne firmiꝰ nec deo dignius concludi pōt. Phi. ¶Sup hæc igitᷓ inquit ueluti geometræ solēt demōstratis ꝓpositis aliqd inferre q̄ porismata ipsi uocāt. Ita ego quoq; tibi ueluti corollariū dabo. Nā qm̄ beatitudinis adept iōe fiūt hoies bti: btītudo uero est ipa diuinitas diuinitatis adeptiōe fieri btōs manifestum est. sed uti iustitiæ adeptiōe iusti sapiᷓtiæ sapientes fiunt ita diuinitatē adeptos deos fieri sifi rōne necesse est. Oīs igitᷓ btūs deꝰ sed natura qdē unꝰ ptici patiōe uero nihil phibet eē q̄plurimos. Boe. Et pulchrum inquā hoc: atq; p̄ciosum siue porisma siue corollariū uocari mauis. P. ¶Atq; hoc quoq; pulchrius nihil est qd his annectēdum esse rō psuadet Boe. Quid inquā? Phi. Cū multa inqt btītudo continere uideaᷓ. utrū ne hæc oīa ueluti unū corpus beatitudinis quadā partium uarietate cōiungantur An sit eoz aliquid qd btītudinis substātiā cōpleat: ad hoc uero cætera referantur? Boe. Vellem inquā id ipsarū rerū cōmemoratione patefaceres

Phi. Nõne inqt btitudinẽ bonũ esse cẽsemus? Boe. Ac summũ qdẽ inquã. Phi. Addas inqt hoc oĩbus licet. Nã eadẽ sufficiẽtia summa: eadẽ summa potẽtia: reuerẽtia quoq; claritas & uoluptas btitudo eẽ iudicaf. Boe. Quid igif. Phi Hæccine oĩa bona sufficientia potẽtia cæteraq; ueluti quædã btitudinis mẽbra sunt: an ad bonũ ueluti ad uerticem cũcta referunt? B. itelligo iquã qd inuestigãdũ pponas: sed qd cõstituas audire desidero. P. Huius rei discretionẽ sic accipe. Si hæc oĩa btitudinis membra forẽt a se quoq; inuicẽ discreparẽt. Hæc est enĩ partiũ natura ut unũ corpus diuersa cõponãt. B. Atq hæc oĩa idẽ eẽ mõstrata sunt. P. Minime igif mẽbra sũt: alioquin ex uno mẽbro beatitudo ui debit esse coniũcta: qd fieri neqt. Boe. Id quidẽ inquã dubiũ nõ est: sed id quod restat expecto. Phil. ¶ Ad bonũ uero cætera referri palam est. Idcirco enĩ sufficientia petit: qĩ bonũ esse iudicat. idcirco potẽtia: quoniã id quoq; esse creditur bonum. idem de reuerentia claritudine iucunditate cõie

Nõne eẽsemus btitudinẽ eẽ bonũ: dicit Boeti⁹. Certe summũ bonũ. cui pbia. licz. i. licitũ est addas hoc sczsummũ oĩbus hĩs. nã btitudo est summa sufficiẽtia: eadẽ est summa potẽtia: ⁊ iudicat eẽ summa reuerẽtia: claritas et voluptas. dicit Boe. Quid igitur sup. estimas esse dicendũ? ℟ñdet pbia: hęccine. i. nunq̃d hec oĩa sczsufficiẽtia potẽtia: q̃ ꝑ et cetera sunt veluti quedã mẽbra btitudinis: an cuncta referũtur ad bonũ veluti ad verticẽ. i. tanq̃ ad summã rationem appetendi oĩa alia. Tũc Boeti⁹ fatet se intelligere q̃stionẽ: ⁊ pstolari ei⁹ solutionẽ dicẽs. ¶ Intellígo q̃d ꝑponas inuestigandũ: sed desidero audire q̃d constituas. i. diffinias questionẽ dissoluendo. ¶ Notãdũ q̃ q̃stio quã pbia mouet est ista. Utrũ pdicta q̃nq̃ sczsufficientia: reuerẽtia ⁊c. constituãt btitudinẽ sicut diuersa mẽbra vnũ corpus: vel vtrum oĩa sint eadẽ et referãtur ad aliq̃d vnũ: scilicet ad bonũ: qð ratio sit appetendi oĩa ista. ¶ Notãduz q: in btitudine est summũ bonum: ⁊ in beatitudine est sufficiẽtia: reuerentia: gloria: ⁊ iocũditas: ideo quẽritur an ista sint in beatitudine tanq̃ diuersa: aut ad vnum relata: sczad bonum ratione cuius appetuntur. ¶ Nota ad primam partem questionis debet responderi q̃ non: quia membra vnum corpus constituentia debent esse inter se diuersa vt statim ꝑbabitur in littera sequenti: sed illa quinq̃ sunt vnum vt probatum est: ergo nõ possunt esse partes beatitudinis constituentes ipam sicut membra vnum corpus: etiam si sic sequeret q̃ beatitudo seu deus nõ esset omnino simplex: quod est impossibile. ¶ Cuius rei discretionem. Hic philosophia solvit questionẽ: et primo ondit q̃ ista quinq̃ nõ sunt partes ⁊ mẽbra btitudinis. Scõo ondit q̃ oĩa referãtur ad bonum: ibi. Ad bonum vero. Primo intẽdit talẽ rationẽ. Mẽbra ꝯstituentia aliq̃d vnũ adinuicẽ debẽt esse diuersa: sed ista oĩa quinq̃ sũt idẽ: ergo nõ sunt mẽbra ⁊ partes btitudinis. Vñ dicit in lra. Cui⁹ rei sup. posite in q̃stione sic accipe discretionẽ. i. discretã solutionẽ. Si hec oĩa forẽt mẽbra btitudinis: tũc discreparẽt ad seinuicẽ. Hec enĩ est natura partiũ: vt diuersa cõponant vnũ corpus. ℟ Respondet Boe. Atq̃ pro certe hec omnia q̃nq̃ mõstrata sunt idem esse supplei nona prosa. Infert pb a. Igitur minime sunt membra beatitudinis: sed si in eis soluetur ratio membri: omnia erunt vnũ mẽbrum: et tunc sequitur beatitudinẽ cõponi ex vno mẽbro quod est impossibile: ⁊ hoc est quod dicit. alioquin: id est si aliter dicatur quod non sunt membra: sed vnum membrum: videtur beatitudo esse coniuncta ex vno membro quod fieri nequit: ⁊ dicit boetius. Id quidem quomodo conclusum est non est dubium: sed illud quod restat de veritate alterius ptis questionis expecto. ¶ Nota q̃ beatitudo est diuinitas vt prius visum est: et quia diuinitas est omnino simplex ⁊ indissolubilis ex nullo potest esse constituta. cum enim constituens sit prius cõstituto esset aliquid prius deitate quod absurdum est: ergo beatitudo non potest esse constituta ex pluribus membris vel ex vno mẽbro. ¶ At bonum vero ⁊c. Hic philosophia ostẽdit q̃ omnia referantur ad bonum tanq̃ ad causam propter quam appetuntur. Secundo ex dictis deducit quasdam conclusiones superius probatas vt melius intelligant: secũda ibi. Cuius vero causa. Primo dicit. Palam est cetera scilicet quinq̃ supradicta ad que omnia appetenda reducuntur ipsa referri ad bonum: idcirco enim petitur. id est accipitur: sufficientia: quia bonum esse iudicatur: idcirco potentia petitur: quia id etiam creditur esse bonum. idem licet coniectrare: id est iudicare de reuerẽtia: claritudine id est claritate et iucunditate. ⁊ sic vniuersaliter concludere q̃ bonum est summa: id est ꝓfectio ⁊ causa omnium expetendorũ. i. desiderandoz. qð declarat ꝑ signũ dicẽs. Illud enĩ qð neq; in re neq; in similitudine. i. apparẽtia vllum bonum retinet in se illud nullo modo potest expeti. i. desiderari: ⁊ per contrariũ illa que non sunt bona natura. i. ex natura: tñ si videant. i. appareãt esse quasi vera bona sint: appperunt: quo fit vt bonitas iure credat esse summa atq; causa oĩm expetẽdoz. ¶ Notãdũ q̃ bonũ est causa oĩm desiderãdorũ: quia deficiẽte ratione boni in aliquo siue sit bonum fm apparẽtiã siue existẽtiã tollitur ratio appetibilis: posita vero ratione boni in aliquo: siue secundum apparentiam ipsum est appetibile: propter quod dicit Aristotel. iij. de anima. Mouet enim appetibile hoc quidem bonũ: hoc aũt apparẽs

Bonũ.

bonū. Cui⁹ vo causa. Hic ex dictis pbia deducit qsdā ꝯclusiones pus ꝓbatas: vt meli⁹ intelligāt: et sunt due. Prima est ꝙ bonū ⁊ bitudo sūt idē. Scda ꝙ de⁹ ⁊ bonū idē sunt: deducēs ꝯ ꝓmā cōclusionē dicit. Illud maxie videt optari cui⁹ causa qdē aliqd expetit. i. desiderat: vt sit causa salut. i. sanitat qspiā. i. aliqs velit eqtare nō tā. i. tm desiderat motū eqtādi ꝙ. i. quātū desiderat effectū salut. i. sanitat. Cū igit oīa petant. i. appetāt gra boni: illa nō pti⁹ desiderant ab oīb⁹ ꝙ ipm bonū: sz nos ꝯcessim⁹ bitudinē eē ꝓpter quā cetera optant: quare sola bitudo tāꝙ finis oim alioꝝ desiderat Ex q liqdo. i. manifeste apparet eē vnā atq eādē substātiā ipsi⁹ boni ⁊ bitudinis. Boeti. assentiēs isti deductioi dicit. Nihil video cur qspiā possit dissentire. ¶ No. quoꝝ ꝓpetas p se ē eadē necesse est illa eē eādē. Cū igit bonū ⁊ bitudo habeāt vnā ⁊ eādē p se ꝓprietatē: erunt eadē. Nā p se ꝓprio ē bitudini ꝙ oīa ꝓpter eā desiderantur. Silr illa ꝓprietas est boni: ꝙ oīa appetunt qz bona. ꝯ bonū ⁊ bitudo sunt idē. ¶ Notādū ꝙ illud magis appetitur: cuius causa aliqd appetitur qz illud ꝓpter qđ aliqd appetit pus est in causādo motū desideriꝭ ꝙ illud qđ appetitur ꝓpter aliud: qz causa pmaria pus influit ꝙ scdaria. ⁊ iō illud ꝓpter qđ aliqd appetit pus influit desiderio ꝙ illđ qđ appetit ꝓpter aliud sicut finis plus influit ꝙ ordinata in finē: ⁊ b declarat p exēplū in lra de sanitate: q plus appetit ꝙ actus equitādi facit⁹ ꝓpter sanitatē. Sz deū. Hic pbia ex ꝯclusiōe pus ꝓbata deducit scdaz. s. deū et bonū eē idē fm substātiā ⁊ dic. Sed mōstrauim⁹ deū: q p ⁊ verā bitūdinē esse idē atqz vnū: dicit Boe. Ita ē inquā Ex quo ꝯcludit pbia di. Igit secure licz cōcludere substātiā dei esse sitā i ipso bono nec vsq alio. i. alibi. ¶ Nota ꝙ ex pma ꝯclusiōe infert scda: accipiēdo pmā condusionem ꝓ maiorē arguēdo sic. Bonū et beatitudo sunt idem fm substantiā: sed de⁹ est vera beatitudo: ergo deus et bonum sunt idem fm substantiam.

Ascen. Quoniā igit ⁊c. Quoniā hec felicitas pfectio. Satis inusitate ponit quoniā ꝓ in quo. Nā quonā potiꝰ esset ad qđ: cui nō quadrat hec dictio ꝯstituta. Est ergo. nā in q. Sicut postea. Quo vo ⁊c. in quo: vt sit vo ꝓ sz: quo. i. i quo habitet ⁊c. Ne hūc rerū. Ne trib⁹ modis accipi posse manifestū est. Aliqn em valet certe ⁊ scribit cū diphthōgo: vt apud comicū. Nae ego infelix hō sū. ⁊ apd Persi. Nae mihi polydamas ⁊ troiades labeonē Protetulerint. Aliqn est phibitiuū: et est vt nō: cū optatiuo frequēter vt ne facias: vel accipit ꝓ nō cū impatiuo: vt ne nega: ne seui: ne pete. Ex his duob⁹ ꝓponit. Tertio mō accipit ꝓ an: ⁊ tūc est subiūctiui ordinis: vt q teneār: nā incultā videt hoies ne fere ne. Or ergo hic ꝓponit: accipiēdū scdo mō est: nec ponit dubitationē iter mēbra: sz prohibet ambo presumi. Est autē ꝓsumere rem tanꝙ notā assumere. q. d. sit ꝓsupponere vel priusꝙ cōcedat capere. In vulgari aūt significatione: que est nimiū sibi vendicare aut attribuere dicī apud doctos reperies: q dicere soliti sunt. hic sibi multa sumit. Sumim⁹ eē p nos nullo dāte: accipimus ab alio. Ordo igitur est. Ne ꝓsumas. i. noli ꝓsumere. i. ꝓsupponere ⁊ tanꝙ ꝓbatū assumere hūc prem oim rerū vel accepisse extrinsecus. i. ab aliquo ꝙ a se illud summū bonū: quo phibet esse plen⁹: vel ipsum habere illud ita. i. taliter naturaliter quasi cogites. i. putes substantiā dei habētis ⁊ bitudinis habite eē diuersam.

Presumo. Sumo: Accipio.

Refragor. Refragari cōponit a re ⁊ fragor qđ nō est frequēs verbū. Est aūt refragari dissentire et non dare vocē aut assensum suū petēti: sicut ecōtrario. Suffragari est annuere: assensum dare ⁊ vocē in electione alicui⁹: aut illi quouis pacto p fauorē cōsulere. vñ suffragiū dictū est qđ etiā ꝓ intercessione sctoꝝ: immo etiam pro pcibus quas pro suffragio eorum impetrando fundimus nonnulli accipiunt.

Refragor. Suffragium. Scūs thomas

Vc omnes pariter venite captī. Istud est metrum decimum⁹ huius tertij: quod dicitur valenticum ab inuentore: et est hendecasyllabum constans ex spondeo et dactilo et duobus vel trib⁹ trocheis: q vltimo loco pōt poni spon

¶ Metrum decemū tertii libri.

Vc omnes pariter uenite capti.
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas habitans libido mentes.

deus vel trocheus.in quo metro pbia postea ostendit in quo sit summa btitudo hoiat ad istã btitudinem pueníre di. Omnes capti quos fallax libido.i.fallax delectatio habitãs.i.possidẽs terrenas mentes:ligat improbis catenis.i.vitiosis cupiditatib⁹.venite pariter huc.i. ad summũ bonũ qđ est situm in deo. Tunc oñdit vtilitatẽ veniendi ad illud bonũ dicens. Hic.i.in isto bono qđ est de⁹ erit vobis requies laborũ:cum ipse sit premiũ in hac vita laborantium: hic est portus.i.securitas manens placida quiete: hoc est asylum.i.domus refugii vnum.idest solum: quia tantum ad deũ est refugium:patens. idest apertũ miseris.tunc cõparat illud bonũ ad bona tẽporalia ostẽdẽs bona tpalia esse dãnosa q:sui cupiditate obtenebrant animã di. Quicqd donat tagus fluui⁹ iste aureis suis arenis: quicqd donat hermus fluui⁹ rutilãte.i.splẽdente sua ripa: aut indus fluuius a quo dr india: ppinquus calido orbi:q: vicin⁹ torride zone: indus inquã cõmiscẽs lapillos virides.i.smaragdos candidis.i.margaritis sup.oia illa nõ illustrant: aciez sup.mẽtis:sed magis cõdunt.i.inuoluũt cecos aios in suas tenebras.i.ignorantias veri boni: hoc scz bonũ tpale quicqd.i.qđcũqꝫ placet:qꝫ pet excitat mẽtes ad cupiditatẽ: illud tellus aluit infimis cauernis.i.pfundis:q: in pfundo terre gignũtur metalla ꝛ gẽme. Tũc oñdit vtilitatẽ boni qđ est de⁹: in quo est vera btitudo di. Splendor.i. btitudo splẽdens quo splẽdore regit celũ:ille vitat obscuras ruinas aie:q: splẽdor ꝛ obscuritas nõ cõpatiunt in eodẽ.qsquis ergo poterit notare.i.notã habere hãc lucẽ:ipe negabit .i.nõ curabit cãdidos radios phebi.i.solis. ¶ No. ppter litterã qꝫ asylũ fm hug. dr dom⁹ refugii quã romulus fecit:ab a qđ est sine ꝛ sylon qđ est tact⁹ quasi sine tactu.q:nõ erat phas ibi aliquẽ tãgere vel offendere. ¶ No. fm illđ lib. ethy. Tagus est fluui⁹ quẽ carthago hispanie sic nũcupauit er quo pcedit copiositas arenis auriferis:ꝛ ob hoc pre ceteris fluuiis hispanie est preclar⁹. ¶ No. fm hugu. qꝫ hermus est fluui⁹ asie q̃ cãpos smirneos secat fluctib⁹ ꝛ est plen⁹ aureis arenis. Indus aũt fm Isido. ẽ fluuius orientis q̃ rubeo mari excipit:a quo india nuncupat abũdans margaritis ꝛ smaragdis.

Hic oẽs.carminis huius legẽ supra vidisti nõ tñ putarẽ eẽ monocolon.i.vni⁹ mẽbri:sz dicolon: q: pter scõm vsum iuenies alternatim post vsuz cõpositũ ex spõdeo dactilo ꝛ trib⁹ trochaeis: aliũ cõpositũ spõdeo trocheo dactilo ꝛ duob⁹ troeheis. Est ergo prior vsus phaleti⁹.scõs sapphicus:sz vterqꝫ hẽdecasyllab⁹.i. vndecim syllabarũ. Asylũ:vt docet Tortellius cũ y greco et vnico l scribit. ꝛ apud nos significat intemeratũ. Nã cõponit ab a qđ est sine ꝛ sylo trahо: eo qꝫ locus erat abs quo neminẽ p vim trahere licebat.fuit primo athenis cõstructũ:deinde etiaz rome a romulo: vt plurimi autores sunt. Tagus fluui⁹ est lusitanie toletũ radẽs:qui vt ait Pli. ppe hispaniã:carthagiem: ob arenas auriferas ceteris eiusdẽ regionis oibus antefert. Hermus fluui⁹ est lydie qui arenulas aureas ducit.vñ Vir.geor.iij. Atqꝫ auro turbidus herm⁹. Et teste herodoto li.j.apud sardos fluit: que ciuitas fuit in lydia ꝛ creti regia. Infimis tellus aluit.i.pduxit ꝛ educauit infimis cauernis suis. hoc de auro verũ est ꝛ reliquis metallis nõ de lapillis:qui in terra semp nascunt. Cetera nota sunt.

Asentiez inquã: cuncta eñ firmissimis nexa rõnibus cõstant. P. Tum illa. Quãti inquit æstimabis si bonũ ipm quid sit agnoueris. B. Infiniti inquã. siqdẽ mihi pariter deum quoqꝫ qui bonũ est cõtingat agnoscere. Philo. Atqui hæc uerissima inquit ratione patefaciã: maneant modo quæ pauloante conclusa sunt. Boetius. Manebunt. Philosophia.

Tagus

Hermus

Asentio: inquã. Ista est.xj.pa Sctus
sa huius tertij in qua phia indu thomas
cit Boe. in cognitionẽ quorũ
dã que prius fassus fuit ignorare. s. qs sit finis oim rerũ ꝛ qb⁹ guber
bernaculis mũdus regatur. Primo du
cit ipsum in cognitionem primi. scdo in
scdi. in sequẽti psa. Primo phia inuesti
gat diffinitionẽ boni. scdo ex hoc ostẽdit
qd sit finis oim rerũ. ibi: Et ille minimũ
Primo pmittunt quedã. Scdo phia ag
gredit pposituz. ibi. Nõne inqt. Primo
Boe. assentiens dr. Assentio: inquã. s. iã
dictis. Cũcta eñ cõstãt nera firmissimis
rõnib⁹:q: demõstratiuis:ꝛ phia inquit:

¶ Prosa undecima tertii libri.

Quāti.ſ.precij eſtimabis ſi agnoueris q̄d ſit ipm bonū? Rñdet Bo. Infiniti.ſ. precij inquā eſtimabo. ſiquidē mihi pariter contingat agnoſcere deū qui bon⁹ eſt: dicit pbia. Atqui pro certe hoc patefaciā ve riſſima rōne: maneāt. i. cōcedant: mō .i. tm̄mo que ꝓcluſa ſunt pauloante. Et dicit Bo. manebūt ſine oi cōtradictione in ſui veritate. ¶ No. ꝙ ad pbandū aliquā cōcluſionē opz p̄ncipia manere in ſui verita te: ⁊ ea cōcedi. ſi em̄ negarent nō poſſet ex eis deduci cōcluſio. volēs ergo pbia ex his q̄ ꝓcluſa ſunt tāꝙ ex p̄ncipijs cōcludere q̄d ſit bonū: dicit hoc velle facere manēribus his q̄ pbata ſunt ⁊ dicit Boe. ꝙ manebūt in ſui veri tate. ¶ Nōne inq̄t monſtrauim⁹ ea. Hic pbia aggredit intentū oſtēdendo q̄d ſit bonū: ⁊ intendit pbare iſtā cōcluſionez. Bonū eſt illud qō oia appetūt: quā pro bat tali ratione. vnū ⁊ bonū ſunt idem: ſed oia appetunteſſevnū: ergo oia appe tunt bonū. Circa iſtam rōnez ſic ꝓcedit. Primo probat maiorē. Scōo minorem. Tertio reſumpta maiore infert cōcluſio nem. ſcōa ibi. Noſti ne igitur. tertia ibi. Eſt ne igit. Probat ergo maiorē ꝙ vnū ⁊ bonū ſunt idem p̄ modū queſtiōis. Et primo querit di. Nōne ſupra monſtrauí mus in nona ꝓſa ea q̄ appetunt a pluri bus. ſ. ſufficientia: reuerentia: potentia: iccirco nō eſſe vera bona ⁊ perfecta: q̄m diſcreparent a ſe inuicez ſup. eo mō quo appetunt a pluribꝰ. ⁊ cū alteruz adeſſet alterí: nō poſſe afferre plenū ⁊ abſolutū bonū qō nullo indigeat: tū ſup. mōſtra uim⁹ vnū vez bonū fieri cū colligunt in vnā formā bñitudinis atq̄ efficientiaz. i. vnā cauſam efficientem. ſ. deū. vt que ſit ſufficientia eadem ſit potentia: reueren tia: claritas: iocūditas: niſi vero oia ſint vnū ⁊ idez: monſtratū eſt ea nihil habe re quo numerent. i. cōputent inter expe tenda. i. deſideranda. Et dicit Bo. Demō ſtratū eſt inquā nec vllo modo dubitari poteſt. Ulterius querit pbia. Illa que cū diſcrepāt minime ſunt bōa: ⁊ cū cepe rint eſſe vnū bona fiūt: nōne hec cōtin git fieri bona adeptione vnitatis? dicit Boe. Ita videt eſſe inquā. Et ſubdit pbia. Sed omne qō eſt bo num participatione boni cōcedis eſſe bonū an minime? Et dicit Boe. ita eſt. Tunc pbia ex cōceſſis cō cludit maiorem di. Igitur ſimili rōne opor tet vt cōcedas vnū ⁊ bonū eſſe idem. Et cōfirmat illā cōclu ſionem per locū ad effectū di. Nā eadez eſt ſubſtātia eorū quoꝝ nō eſt naturaliter diuerſus effectus: q; idem inquantū idem natū eſt facere idez. Bo. cōcedens di. Negare inquā nequeo. ¶ No. ex littera ſic ꝓbatur ꝙ vnū ⁊ bonū idem ſunt. Quecūq̄ nō ſunt bona niſi q; ſunt vnū nō ſunt bona niſi adeptiōe vnitatis. ſz oia ſunt bona adeptione vnitatis: ergo vnū ⁊ bonū idem ſunt. Vel aliter arguitur ſic. Oia ſunt bona adeptione bonitatis. oia ſunt bona adeptione vnitatis. ergo bonū ⁊ vnū idem ſunt. Aliam rōnem innuit in littera di. Illa ſunt vnū quoꝝ nō eſt diuerſus effect⁹: q; idem inquantū idē nō facit niſi idem: ex ſecūdo de generatione: ſed vnius ⁊ boni nō eſt diuerſus effectus: q; effectus vtriuſq̄ eſt bonū ergo ſunt idem. Et hec concluſio patet ex. iiij. metaphiſice: vbi Ariſtoteles vult ꝙ bonū ⁊ vnū cōuertā tur. ¶ Noſti ne igit omne quod eſt. Hic pbia probat minorem. ſ. ꝙ oia appetunt eſſe vnū per talem ra tionem. Unūquodq̄ tandiu manet atq̄ ſubſiſtit q̄diu eſt vnū: ſed oia naturaliter appetunt permane re ⁊ ſubſiſtere: ergo oia appetunt eſſe vnū. Illius rationis primo declarat maiorem. ſcōo minorem ibi Eſt ne igitur: tertio reſumpta maiore cōcludit intentum. ibi. Quod aūt inquit. Primo ergo declarans maiorem ꝙ vnūquodq̄ tandiu manet q̄diu eſt vnū: dicit. Noſti o Bo. omne qō eſt tandiu manere atq̄ ſubſiſtere q̄diu ſit vnū: ⁊ cū deſtiterit eſſe vnū pariter cōtin git diſſolui atq̄ interire. querit Boe. Quo nāmodo? pbia declarat in exemplo dicens in animalibus hoc patet: cū anima ⁊ corpus in vnū cocunt atq̄ permanent vnū: illud vnū vocatur animal. cum vero hec vnitas diſſoluatur ſeparatione vtriuſq̄ ſup. anime ⁊ corporis liquet: ideſt manifeſtum eſt animal interire ⁊ non iam eſſe animal. Ponit aliud exemplū. ipſum etiā corpus humanū cū permanet in vna forma cōiunctione membrorū: tunc viſitur. i. videtur humana ſpecies; ſed ſi partes corporis diſtribute ⁊ ſegregate, ideſt ſeparate ab inuicem diſtra

Unū et bonum.

¶ Nōne inquit mōſtrau im⁹ ea q̄ appetunt a plu ribus: iccirco uera pfectaq̄ bona nō eſſe: qm̄ a ſe in uicē diſcreparent? Cūq̄ alteri abeſſet alterū plenū abſolutūq̄ bonū afferre non poſſe. Tum aūt uerū bonū fieri cum in unā ueluti formā atq̄ efficien tiā colligunt? ut q̄ ſufficiētia ē eadē ſit potētia re uerētia claritas atq̄ iucūditas. Niſi uero unū atq̄ idē oia ſint: nihil hīe quo inter expetēda numerē tur? Bo. demonſtratū eſt inquā nec dubitari ullo mō pōt. P. Quæ igit cū diſcrepant minime bona ſunt: cū uero unū eſſe cœperint bona fiunt: nōn hæc ut bona ſint unitatis fieri adeptiōe cōtingit? Bo. Ita inquā uidet. P. Sed om̄e quod bonū eſt: bo nī participatiōe bonū eſſe cōcedis: an minime? Bo. Ita eſt. P. Oportet igit idē eſſe unū atq̄ bonū ſimili ratione cōcedas. Eadem nāq̄ ſubſtātia eſt eorum quoꝝ naturaliter nō eſt diuerſus effectus. B. Negā re inquā nequeo. Ph. ¶ Noſti ne igitur inqt om̄e quod eſt tandiu manere atq̄ ſubſiſtere q̄diu ſit unum: ſed interire atq̄ diſſolui pariter atq̄ unū eſſe deſtiterit? Boe. Quonā modo? Phi. Vt in aiali bus inquit cum in unum coeūt ac pmanent aīa corpuſq̄ id aīal uocatur. cū uero hæc unitas utri

xerint vnitatē:corp⁹ definit esse qđ fuerat:eodē mō ꝓcurrenti cetera ꝓculdubio patebit vnū quodꝙ
ſubſiſtere.i.ꝓmanere dū eſt vnū:cū vo definit eē vnū interire videt ⁊ dicit Boe. Minime iquā videt
mihi aliud ꝯſideranti plura. ¶ No.ꝙ aliqs diceret nō videt ꝙ esse ⁊ eē vnū sint eadē:qr mali sunt ⁊ tñ
nō sunt vnū.ꝓbo.vnū ⁊ bonū sunt idē:vt iam ꝓbatū est:sed mali nō sunt boni: ḡ nō sunt vnū. Ista
ratio soluit ex quarto huius negando maiorē:qr pbia quarto huius ꝓbat malos nō solū non esse po

usqꝫ ſepatione diſſoluit interire:ne iā esse aial liqt: tentes:sed simplr non esse. Unde mali
ipm quoqꝫ corp⁹ cū in una forma membroꝝ cōiun bene sunt mali: sed qđ simplr dicantur
ctiōe pmanet hūana uisitur spēs. At si distributæ esse:nō est verū: sicut hō mortuus simpli
segregataeqꝫ ptes corpis distraxerint unitatē desi citer nō est hō. Et de hoc videbit in
nit eē qđ fuerat.eoqꝫ mō pcurrenti cætera ꝓcul du quarto. ¶ Est ne igit: declarat minorē
bio patebit subsistere unúquodqꝫ dū unū est cum scz ꝙ oia appetant esse et pmanere. Et
uero unū eē definit iterire. Boe. Cōsideranti inquā ꝓmo ostēdit hoc.secō ꝓbat ꝙ talis ap
mihi plura minime aliud uidet. Phi. ¶ Est ne igi petit⁹ est naturalis. secā ibi. Neqꝫ nūc
tur inqt qđ inquātū naturaliter agat relicta subsi nos. Primo ostendit intentū in aialib⁹
stēdi appetētia uenire ad interitū corruptionēqꝫ Secō in vegetabilibus. Tertio in reb⁹
desideret? Boe. Si aialia iquā cōsiderē q̄ habēt inaiatis.secā ibi. Atqui nō est.tertia ibi
quā uolendi nolendiqꝫ naturaliu nihil inuenio ꝙ Ea etiā. Primo dicit ꝓbia. Est ne aliud
nullis extra cogentibus abiiciāt manēdi intētio qđ inquātū naturaliter agat desideret
nē & ad interitū sponte festinēt. Oē nāqꝫ aial tueri venire ad iteritū.i.mortē: qꝫ ꝓ ⁊ ad cor
salutē laborat: mortē uero perniciēqꝫ deuitat. Sed ruptionē relicta appetētia subsistendi.
qđ de herbis arboribusqꝫ qđ de inaiatis oino con Rñdet Boe. Si ꝯsiderē aialia q̄ habēt
sentiā rebus ꝓrsus dubito. P. ¶ Atqui nō est ꝙ de naturā.i.appetitū volēdi.i.appetendi: ⁊
hoc possis ambigere.cū herbas atqꝫ arbores intuea nolēdi.i.fugiēdi aliqđ nihil inuenio qđ
ris primum sibi cōuenientibus innasci locis. ubi abijciat intētionē manēdi sup.in rem na
quantū earum natura q̄at cito exaresc̄ere atqꝫ ite tura. ⁊ festinet spōte.i. volūtarie ad ite
rire nō pñt. Nā aliæ quidē cāpis:aliæ mōtibus ori ritū nullis causis cogētib⁹:qr oē aial la
unt:alias ferūt paludes aliæ saxis hærēt: aliarum borat tueri salutē ⁊ deuitat mortē ⁊ pni
fœcundæ sunt steriles arenæ:quas si in alia quis cie:scz ego ꝓ:s⁹ dubito q̄d de herbis ⁊ ar
ꝓiā loca transferre conetur aresc̄unt. Sed dat cui boribus:q̄d de reb⁹ inaiatis oīno ꝯsentiā
qꝫ natura quod conuenit: & ne dum manere pos sup.an talia appetāt esse et permanere.
sunt intereant: elaborat. Quid dicam? ꝙ oēs ue ¶ No.Boe.nō dubitat q̄n aialia appe
tāt eē ⁊ pmanere:cui⁹ rationē immit illud qđ laborat tueri salutē ⁊ vitare mor
tē hoc appetit esse ⁊ pmanere:sed oē ani
mal est hmōi: ergo ⁊c. Sed vtrū ita sit i
vegetabilibus ⁊ in rebus inaiatis de q̄
dubitat: ⁊ pōt esse rō dubitationis:qr in
talibus nō sunt opatiōes ita manifeste
subseruiētes appetitui naturali pmanē
di:sicut in aialib⁹ q̄ mouent ad percipiē
dū nutrimētū ⁊ alia q̄ ptinēt ad cōserua
tionē vite. ¶ Atqui nō est ꝙ de hoc pos
sis. Hic pbia probat ꝙ vegetabilia sicut
herbe ⁊ arbores appetūt eē ⁊ pmanere.
Et hoc ꝓbat q̄tuor modis sicut patebit
Primo ex locoꝝ qualitate qr in talib⁹ lo

cis nascunt vbi diutius possunt cōseruari inesse. vñ di. Atqui ꝙ certe Boe. nō est ꝙ possis ambigere.i.
dubitare de hoc vtrū inaiata ⁊ vegetabilia appetēt esse primū .i. primo signo: cū tu intuearis herbas
atqꝫ arbores innasci locis sibi ꝯueniētib⁹: vbi q̄tū eaꝝ natura.i. vigor nature q̄at nō pñt cito exaresc̄ere
⁊ interire. Nā alie cāpis oriunt sicut oliue: alie mōtib⁹ sicut cipressi:alias ferūt paludes sicut alnos sali
ces:alie hērēt saxis sicut herbe q̄ dicunt capilli veneris ⁊ herba iouis. Aliarū herbarū sunt fecunde.i.
abūdātes steriles arene:vt illius herbe q̄ dicit merica:que si quisq̄ conat trāsferre in alia loca aresc̄ūt:
sed natura dat vnicuiqꝫ qđ sibi cōuenit:⁊ elaborat ne intereant q̄diu manere possunt. ¶ No.ꝙ locus
est principiū generationis:qr seruat ⁊ cōseruat locatū:⁊ ipo mediāte virtus celestis influit ipi locato.
Cū igit vegetabilia sicut herbe ⁊ plāte requirant determinata loca in quibus saluant:⁊ in alijs aresc̄ā
ptz qr ipa appetant esse ⁊ pmanere. ¶ Quid dicā ꝙ oēs. Hic pbia ꝓbat idem alio signo qđ sumitur ex
mō situationis partiū ſm cōuenientiā ad attractionē alimenti quo cōseruatur esse eoꝝ. Et dicit. Quid
dicā ex hoc ꝙ oēs. s. herbe ⁊ arbores trahūt alimenta radicib⁹: velut ore demerso in terras: ⁊ diffundūt
sibi alimentū per medullas: ꝓ robur: qꝫ ꝓ ⁊ corticem. qđ nō est nisi ꝓpter appetitū pmanendi. Tunc po
nit aliud signū qđ sumit de dispositione partiū ad prohibendū nocumentū extrinsecū di. quid dicam
ex hoc ꝙ nobilissimū quodqꝫ: sicut est medulla semꝓrecondit.i. locatur interiori sede.i. in medio plan
te: extra vo tueatur quadā ligni firmitate. vltimus autem.i. exterior cortex arboris: quasi patiens mali

7084

lut i terras ore demerso trahũt alimẽta radicibus ac p medullas robur corticẽq; diffundũt. Quid q; molliss iumur: quodq; sicuti medulla est: interiore semp sede recõditur, extra ueroquadã ligni firmitate: ultimus aũt cortex aduersum cœli intẽperiẽ quasi mali patiẽs defensor opponit. Iã uero quanta ẽ naturæ diligẽtia ut cũcta semine multiplicato ꝓpagent: quæ oia nõ modo adtẽpus manẽdi uerũ generatim quoq; quasi i perpetuũ permanẽdi ueluti q̃sdã machinas esse qs nesciat. ¶ Ea etiã quæ inanimata esse creduntur nõne quod suum est quæq; simili ratione desiderant? Cur eñ flammas quidẽ sursum leuitas uehit: terras uero deorsum põdus deprimit: nisi q; hæc singulis locamotionesq; cõueniunt. Porro aũt quod cuiq; cõsentaneum est: id unũ qdq; cõseruat sicuti ea q̃ suut inimica corrũpunt. Iam uero q̃ dura sunt ut lapides adhærẽt tenacissimis ptibꝰ suis & ne facile dissoluant resistũt. Quæ uero liquẽtia: ut aer atq; aqua facile quidẽ diuidẽtibꝰ cedunt: sed cito in ea rursus a qbus sunt abscissa relabunt. Ignis uero oẽm refugit sectionẽ. ¶ Neq; nunc nos de uolũtariis aiæ cognoscentis motib; sed de naturali intẽtione tractamꝰ. Sicuti est q; acceptas escas sine cogitatione trasigimꝰ: & sicuti q; in somno spm̃ ducimꝰ nescientes. nam ne in animalibus quidẽ manendi amor ex aiæ uoluntatibus uerũ ex naturæ principiis uenit. Nam sæpe mortẽ cogẽtibꝰ causis quã natura reformidat uolũtas amplectitur. Cõtraq; illud quo solo mortaliũ rerũ durat diuturnitas gignẽdi opus qd natura semp appetit interdum

id est potẽs: sustinere mala opponit defensor aduersum intẽperiẽ celi. i. aeris tũc ponit aliud signũ qđ sumit ex ꝓpagatione seminis: qđ ordinat ad ꝓseruationẽ nature in alio simili in specie. cũ nõ possit manere idẽ in numero. ⁊ dicit. Iã vero quãta est diligẽtia nature vt cũcta propagent semine multiplicato sup. cõsidera que oia semina q̃s nesciat esse tanq̃ quasdã machinas. i. instrumẽta manẽdi nõ modo. i. nõ tm̃ ad tps. verũetiã ꝓmanẽdi in ꝓpetuũ. generatim. i. successiua gnatione. q. d. nullus est cui ꝓec nõ pateat. ¶ No. q; radices plãtarũ ori similes sunt cũ habeant eãdẽ opationem sup. trahere alimẽtũ: habẽt aũt plãte radices ifras terre: q; ex terra humorem trahũt ⁊ alimẽtũ: qđ ꝓmo diffundit in medullã; deinde in robur: deinde in corticẽ. Est aũt medulla mollissimũ qđ est in medio plãte vel arboris: nõ potẽs pati ꝓ intẽperantiã caloris ⁊ frigoris: ideo natura ipsam locauit i medio: quã circũdat robur qđ ẽ lignũ arboris: robur autem circundat cortice exterior tanq̃ defensore ab intẽperie aeris. ¶ No. q; vegetabilia nõ ꝓnt idem numero manere: iõ natura ꝓducit eis semina: ꝓ quorũ ꝓpagationẽ ꝓmaneãt idẽ in spẽ. s. in suo simili. ¶ Ea etiaz q̃ inanimata. Hic pbia ꝓbat q; etiam inaiata appetãt esse duob⁹ signis. Primo ex inclinatione naturali eor ad locũ: ⁊ dicit sic. ea etiã que creduntꝫ esse inaiata: vt lapis: aer: ignis. nõne desiderant. i. appetunt queq;. i. oia inaiata qđ est suũ. i. sue nature cõsonum simili rõne ꝓpter cõservationez sui esse: q. d. sic. Cur enim leuitas vehit. i. mouet flãmas sursum: ⁊ põdus. i. grauitas deprimit terras deorsuz nõ ꝓpter aliã causam: nisi q; hec loca: q; pro ⁊ motiões cõueniunt singulis sup. pro salvatiõe eor esse: ⁊ subdit. Porro sup. illud qđ est cõsentaneum. i. cõueniens cuiq; illud sup. cõseruat in esse vnũquodq;: sicut ea que sunt inimica. i. ꝓtraria corrũpunt. Secũdo probat idem p aliud signũ sumptuz ex cõseruatione naturalis proprietatis hmõi est cõtinuitas quã quelibet res naturalis nititur cõseruare: vñ dicit. iã sup. ista vo que dura sunt vt lapides adherent tenacissimis: idest firmissimis suis partibus: resistunt per suam duriciem ne de facili dissoluantur: que vo sunt liquentia: idest mollia: sicut aer et aqua de facili cedunt diuidentibus: sed cito relabuntur: idest redeũt ad ea a quib⁹ sunt abscissa: ſz ignis effugit oẽm sectionẽ. ¶ No. q; hic vltimũ q; dicit ignem fugere oẽm sectionẽ dupl̃r exponitur.

Primo sic. Aliq̃d secatur cũ partes eius abinuicẽ separantꝫ ita vt in nullo cõueniãt: sed partes ignis sic nõ ꝓnt secari q̃n semp in aliquo cõueniãt vt maxime ptz de igne q̃ est flãma. alio mõ exponit sic. q; ignis refugit oẽm sectionẽ: q; ꝓpter vehemẽtiã sue actiõis corrũpit ipm̃, qđ dz secare: ⁊ igniẽdo ipm̃ in suã naturã cõuertit. ¶ Neq; nũc nos. Hic pbia ponit q; desideriũ essendi nõ est appetitꝰ volũtariꝰ ſz naturalis ⁊ di. Neq; nos tractamꝰ nũc de motib⁹ volũtariis aie cognoscẽtis: ſz naturali intentione sicuti naturale est q; trãsigimus. i. digerimus acceptas escas sine cogitatione: ⁊ q; in sumno nescientes ducimus spiritũ. i. respiramus. Nam amor: idest appetitus manendi. i. subsistendi in animalibus nõ preuenit ex voluntatibus anime. s. sup. sicut tu estimas: quia iam superius posuisti solum in animalibus esse appetitum manendi: sed venit ex principiis nature: quia natura reperit tã in aiatis q; in inaiatis: q; aũt appetitus manendi nõ sit ex voluntate probat dupliciter. Primo probat hoc: quia vo

Radices.

Ignis

coercet uoluntas. adeo hæc ſui charitas nō ex aiali motiōe: ſed ex naturali intētiōe ꝓcedit. Dedit em̄ ꝓuidētia creatis a ſe reb⁹ hāc uel maximā manēdi cām: ut quoad pñt: naturaliter pmanere deſide/rent. Quare nihil eſt qd ullo mō queas dubitare: cūcta q̄ ſunt appetere naturaliter cōſtātiā pmanē/di: deuitare pniciē. B. Cōfiteor inquā nūc me idu/bitato cernere: q̄ dudū incerta uidebantur. Philo. ¶ Quod aūt inqt ſubſiſtere ac pmanere appetit id eē unū deſiderat. Hoc em̄ ſublato neceſſe qdem cuiq̄ pmanebit. B. Verū eſt inquā. P. Oīa igit̄ inqt unū deſiderāt. B. cōſenſi. Phi. Sed unū idip̄m mō/ſtrauim⁹ eſſe qd bonū eſt. B. Ita quidē. P. Cūcta igit̄ bonū petūt. qd quidē ita deſcribas licet. ip̄m bonū eſſe qd deſideret̄ ab oīb⁹. Boe. Nihil inquā uerius excogitari pōt. Nam uel ad nihilū cūcta referunt̄ & uno ueluti uertice deſtituta ſine rectore fluita/bunt: aut ſi qd eſt ad qd uniuerſa feſtinent id erit oīm ſummū bonoꝝ. P. ¶ Et illa nimiū iqt O alū/ne lætor. ip̄am em̄ mediæ ueritatis notā mēte fixi ſti. Sed in hoc patuit tibi qd ignorare te pauloāte uidebas. B. Quid inquā? P. Quis eſſet inquit rerū oīm finis. Is eſt em̄ profecto quod deſideratur ab oībus: quod quia bonū eſſe colligim⁹: oportet re/rum omnium finem bonum eſſe fateamur.

reb⁹ creatis a ſe hanc maximā cām manē/di: vt deſiderēt ꝓmanere naturaliꝝ quo/ad. i. q̄diu poſſunt. Quare nihil eſt qd/vllo mō queas. i. poſſis dubitare cūcta/q̄ ſunt naturaliter appetere cōſtātiā per/manendi ⁊ deuitare pniciem. Qd Boe./cōcedens. dī. Cōfiteor inquā nūc me cer/nere indubitato. i. ſine dubitatione q̄ du/dū incerta videbāt ſup. q̄ vegetabilia ⁊ inaiata naturaliter appetūt permanētiā/endi. ¶ No. q̄ dupler ē appetitus. ſ. naturalis ⁊ aialis. Naturalis eſt q cōſe/quit formā naturalē: ⁊ qz prima pfectio illius qd habz formā naturalē eſt eſſe: iō appetitus cuiuslibet rei naturalis eſt ad ſuū eſſe habendū ſi careat: vel ad conſer/uandū ſi habeat. Appetitus autē aialis eſt qui ꝓſequit formā apprehenſam ⁊ ſi eſt apprehēſa p ſenſus: ſic eſt appetitus ſenſitiu⁹: q̄ ſemp tēdit in ꝓueniētia natu/re. ſi aūt eſt forma appĥēſiua p intellectū tūc inclinatio cōtinēs ē appetit⁹ rōnalis qui eſt voluntas: ⁊ qz illud qd ſm ſe eſt diſcōueniens nature ſicut eſt moꝛs. illd homo apprehendit q̄ncp tanc̄p ꝓueniēs ꝓpter aliud ānexū. ſ. ꝓpter premiū eter/ne vite: iō volūtas ſepe amplectit mortē quā natura refutat. Ex quo ptz q̄ appe/titus eſſendi nō eſt primo et p̄cipaliter ex appetitu intellectiuo: ſed ex appetitu naturali: nā appetit⁹ intellectiu⁹ nō inue/nit in oībus in quib⁹ inuenit appetitus naturalis. ¶ Qd aūt ſubſiſtere ⁊c. Hic pbia reſumpta maiore cōcludit intentū dicēs. Qd aūt appetit ſubſiſtere ac pma/nere: illud deſiderat eſſe vnuz: hoc enim ſublato nō pmanebit cuiq̄ rei ſuuz eſſe. dicit Boe. verū eſt. Cōcludit ergo pbia. Oīa igitur eſſe deſiderāt. ⁊ Boe. cōſen/tiens dī. cōſenſi. ⁊ tunc maiorem p̄ncipalis ſyllogiſmi reſumit vt cōcludat diffinitionē boni dicens. Sz nos monſtrauim⁹ vnū eſſe ip̄m qd bonū eſt. dī. Boe. Ita quidem. Tunc pbia cōcludit intentū formā/do diffinitionē boni dī. Igit̄ cūcta bonū petūt: qd bonū licet. i. licitū eſt: vt deſcribas. Bonū eſt qd de/ſiderat̄ ab oīb⁹: ⁊ dī. Bo. nihil verius cogitari pōt: qz vel ad nihilū cūcta referunt̄: ⁊ deſtituta vno vti/ce. i. p̄ncipio cūcta fluitabūt ſine rectore: aut ſi q̄d eſt ad qd vniuerſa feſtinēt. illud erit ſummū alioꝝ bo/norū. ¶ No. q̄ oīe qd eſt vel appetit pfici: vel in ſua pfectione ſaluari. Eū igit̄ pfici ⁊ in pfectione ſal/uari fit bonū: oīa appetunt. ¶ Nota cū dicitur oīa appetunt bonū: ibi nō accipitur bonuz p̄ciſe p̄o bono naturali: ſed p̄o bono cōmuniter accepto: qd bonū cōmuniter acceptū eſt eſſe eſſentiale vel acci/dentale cōueniens rei vt pficiat̄ vel in ſua pfectione ſaluet̄. ¶ Et illa nimiū inquit. Hic pbia expdictis reducit Boetiū in cogitationē cuiuſdā qd ſupra ſe ignorare cōfeſſus eſt. ſ. q̄s ſit finis oīm rerum: ⁊ p̄/mo cōmendat dictū Boe. dī. O alumne nimiū letor qz tu fixiſti. i. attigiſti notā. i. cognitionem in men/te medie veritatis. i. pfecte veritatis: q̄ eſt in m[illegible]dio. ſed hoc patuit tibi qd dicebas te ignorare pauloan/te ſup. in primo li. vſ. proſa. ⁊ querit Boe. quis inquā ſup. eſt illud: dicit pbia: q̄d ſit finis oīm rerum. et ſubdit. is em̄ eſt finis oīm rerū quod deſiderat̄ ab oībus. qd qz bonū eſſe colligimus vt ptz ex diffini/tione boni: oportet vt fateat̄ bonū eſſe finem oīm rerum. ¶ Notandū q̄ per notitiam medie veritatis intelligit notitiā diuinā. ſicut em̄ punctū eſt mediū circuli a quo omnes linee dicunt̄. ſic deus eſt mediū veritatis a quo oīs veritas ꝓcedit. ¶ Notandū q̄ omnia appetunt ſui finez cum finis ſit perfectio rei ⁊ res deſtituta ſuo fine fruſtratur: cū igitur de ratione finis ſit eſſe bonū: qz auferentes finem auferunt

Appetitus duplex.

Bonū.

Finis.

naturam. ex secundo metaphi. ideo finis omniū rerum est bonum.

Ascensi⁹ assentio: Estimo. Uerba preciꝝ.

Sentio: inquā ⁊c. Marcus varro li. viij. ad Ciceronē de lingua latina. Sentio inquit nemo dicit: ⁊ id p se nihil est. assentio: tm̄ fere oēs dicūt. Sisenna. vnius assentio in senatu dicebat et eū postea multi secuti sunt nō tm̄ vincere cōsuetudinē potuerūt: hec Bellius. Quanti estimabis estimo cōpositū est vt docet valla: ab es eris ⁊ time grece qđ est preciuz latine: ⁊ significat vt sit tarare ⁊ preciū eris aut alteri⁹ statuere. oia aūt verba ad preciū spectātia regūt abtm̄: preter quanti tuo: gtōs tāti quāti pluris ⁊ minoris cū eoꝝ cōpositis ⁊ hoc qñ tam simplicia q̄ composita sine substātiuis ponunt. Nā cū substātiuo etiā in abltō poni volūt. Nō ergo expones sicut cōmētari⁹ supior. Quāti estimabis. i. quāti preciꝝ: sed quāto precio. verū occurrit illa rñsio autoris dicēris infiniti sup. estimarem. pro qua oportet dicere plura cū hīs vbis in gtō cōstrui. Aut corruptū esse textū in quo scriptū erat infinito. Uident aūt ideo quidā infiniti velle legere: q: dicūt interrogatiuū ⁊ rñsiuum in eodē casu poni debent. qđ vniuersaliter verū nō est: sed tunc tm̄ qñ dictio regens regit oia vocabula in eodē casu: sz si in diuersis casib⁹ diuersa regat: oia que in eodem casu ponenda erant vt copulata p cōiunctionē copulatiuā ⁊ interrogatiuū ponent in diuersis casib⁹. Cuius rei exempla multa sunt. primū vt littere incise sunt in es ⁊ in auro. Nō dices in ere nec in aurū vt docet Valla. Secundū. tu accusaberis furti vel sacrilegij ⁊ nō vtroq̄. nō dices ⁊ nō vtriusq̄. Tertiū. vendā tribus solidis ⁊ nō pluris vel non minoris Quartū. liber est tuus ⁊ petri: ⁊ nō tui ⁊ petri sic interrogando: cuius est dom⁹? rñdebis mea: ⁊ quanti emisti? rñdebis tribus aureis: nō triū aureoꝝ. Querenti igit quanti estimares potuit dixisse infinito: ⁊ nescio an ita dixerit. Sūt tamen q̄ pro autoritate inter recentiores, grāmaticos hūc locū adducāt ad pbandū nō solū iam dictos quattuor gtōs cū verbis ad preciū spectātib⁹ cōstrui. Qđ de hīs vbis estimo/facio/pendo/⁊ curo manifestū est. Nam dicim⁹ paruifacio paruipēdo paruicuro. Sed hec videāt

Ignis actiuitas

grāmatici. Si quidē mihi ⁊c. Si quidē due sunt dictiones. Nā si vna esset dicerem nō cōtingat. sed contingeret. Arbores intuearis primū sibi cōuenientib⁹ innasci locis. Sic Uir. in geor. Nec vo terre fere oēs oia possunt ⁊c. Ignis oēz refugit sectionē: nō q̄ secari aut diuidi nō posset: sed dicit q̄ refugit. i. naturaliter recusat secari: ⁊ manifestius q̄ aqua aut aer. Nam illa possunt sic secari qđ partes maneāt immobiles vt patet de aqua aut aere stante: ⁊ plus in aqua q̄ in aere qui plus ad ignez accedit: sed ignis

Scūs thomas

diuisus contineri nō potest quin reluctetur ⁊ vnionem sui petat sursum tendendo.

Quisquis profunda mente ⁊c. Istud est vndecimū metrū huius tertij qđ dicit gliconicum ab inuentore: iambicū a pede predominante in quo metro pbia ostendit quō possum⁹ cognoscere bonū ⁊ verum ⁊ puenire ad cognitionem reruz ex quo Boe. prius cōfessus est se mō scire: qđ prius ignorabat. Primo ergo ostendit modū quo possumus deuenire in cognitionem veritatis. Scdo assignat causam eius ibi. Nō omne nāq̄. dicit primo. Quisquis vestigat. i. inuestigare vult verum pfundū mente. s. subtili: q̄ pro ⁊ ille nō cupit falli vllis deuijs. i. falsis opinionibus que faciūt a vero deuiare ille reuoluat in se. i. exercitet intra se lucez. i. speculationem intimi visus. i. rationis ⁊ intellectus interioris: ⁊ ipse cogat. i. reducat longos motus. i. operationes anime procedentes ab aia: inflectens eos motus in orbem. i. in circulū redeūdo ad animā: ⁊ quicquid animā doceat: molit. i. laborat speculando extra. i. circa res exteriores: ille doceat animū retrusum. i. ad se reuersum possidere suis thesauris. i. potentijs que sunt memoria ⁊ intellectus: ⁊ tunc illud qđ atra nubes. i. obscuritas ignorantie dudū texit. i. occultauit illud lucebit. i. apparebit pspicacius. i. euidentius ipso phebo. i. sole. q. d. longo tpe fuit obscurū: lucidū apparebit intellectui. ¶ Notandū q̄ qui vult cognoscere verū dirigat rationem ⁊ intellectū ad ipsam rem extra ⁊ ad rerū proprietates: ⁊ si aliquid cognoscit ex hīs nō statim iudicet: sed in se reuertatur deliberando an ita sit: vel nō sit: q: sepe videt bonū esse qđ non est: ⁊ nō esse quod est. sine em̄ deliberatione nō est iudicandū qđ nō est longa deliberatiōe probatū: ideo dicit pbia reuoluat in se lucem intimi visus. ¶ Notandū q̄ orbis est linea circūducta rediens ad idem: inflectere ergo ad longos motus in orbem est cum virtus anim⁹ ab anima vsq̄ ad ipsam rem diuertitur ⁊ ad animā reuertitur deliberando an ita sit vel non sit p̄m qđ cognouit. ¶ Non omne nāq̄ mente depulit lumen ⁊c. Hic philosophia assignat causam eius quod dictum est scilz quare possumus cognoscere verum di. Nam corpus inuehens. i. inducens obliuiosam molem. i. grauitatez qua homo fit obliuiosus: nō depulit omne lumen. i. cognitionem veritatis mente. i. de mente: q: habitus principioꝝ manet in mente: ⁊ subdit pfecto. i. pro certo semen. i. principiū veri. i. veritatis: heret. i. manet intrinsecus: q̄ aūt semen veri sit in anima probatur

¶ Metrum undecimū tertii libri. 1

Quisquis pfunda mente uestigat uerū:
Cupitq; nullis ille deuiis falli:
In se reuoluat intimi lucem uisus:
Longosq; in orbem cogat inflectens motus:
Animūq; doceat quicquid extra molitur:
Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes
Lucebit ipso perspicacius Phœbo.
¶ Non omne namq; mente depulit lumen
Obliuiosam corpus inuehens molem:

per hoc q̄ puer ignarus q̄nq̄ respōdet ad interrogata: vt vtrum qualitas sit numerus par vel impar. vñ dicit. Nam cur rogati. i. interrogati censetis. i. iudicatis vel respōdetis recta sponte. i. volūtarie: ni. i. nisi fomes. i. radix veritatis mersus. i. latens: viueret alto corde. i. p̄funda mēte: ⁊ subdit q̄ si musa. i. sapientia: Platonis p̄sonat verū. illud q̄ quisq̄ dicit recordat immemor. i. oblitus. ¶ No. q̄ platoni ponit q̄ voluerit aias oia sciuisse anteq̄ cōiungerent corporibus: sed adiuncte corporib⁹ oia tradidisse obliuioni: sed p̄ studiū ⁊ exercitium sapiētiam recuperasse. ergo voluit q̄ scire nō est aliud nisi quoddā antiquor̄ remi niscī: ad quā intentionez videt hic loquī pbia: sed non est dicendū q̄ scire fiat per reminiscentiā: sed scientia de nouo acq̄ritur p̄ intentionem vel doctrinā: verūz est q̄ intellectus noster habz se in cognitionem p̄incipior̄ p̄ que virtute intellectus agentis ⁊ per doctrinaz deuenit in cognitionē p̄incipiator̄. vñ Vinconien sis. f. posterior̄ dicens. Non solū vox doctoris exterius sonans: nec l̄ra visa docet: sed hec duo mouent ⁊ excitant docentem. sed ille verus doctor est qui mentem interius illuminat ⁊ veritatē ostendit. ¶ No tandū aūt q̄ sicut sanitas quādoq̄ causatur a p̄incipio intrinseco. s. a corde: quādoq̄ a p̄incipio interiori ⁊ exteriori. puta a medico ⁊ corde: sed nunq̄ causat a p̄incipio exteriori: fine interiori: sic scientia quandoq̄ acquiritur a p̄incipio interiori puta ab intellectu agente sicut patet in habentibus scientiā per intentionem: quādoq̄ accipitur ab interiori ⁊ exteriori simul: sicut a doctore ⁊ intellectu agente: nunq̄ autem acquiritur a p̄ncipio exteriori sine interiori.

Scīētia

Hæret profecto semen introrsum ueri:
Quod excitatur uentilante doctrina:
Nam cur rogati sponte recta censetis/
Ni mersus alto uiueret fomes corde:
Quod si Platonis musa personat uerum:
Quod quisq̄ discit immemor recordatur.

Ascēsus

¶ Visquis p̄funda ⁊c. Carmē monocolon est. ⁊ potiꝰ archilochiū iambicū trimetrū acatalectricū q̄ gliconicū censendū: habet tn̄ varios pedes vt patet metienti. Qđ si platonis musa. i. diuina inuentio ⁊ benedicendi copia p̄sonat verum. Non dicit verū esse quod platonē dixisse etiam Aristo. asserit: q̄ vestrū videlicet addiscere nō esset nisi quoddam reminiscī: sed si verum inquit personat musa. q. d. poeticum inuitat ad aliud intelligendum per hoc: licentiose dictum. Et ita philosophia nō accedit opinioni: nisi quātum ad hoc q̄ anima rationalis habeat in se quedam p̄incipia sciendi que ad scientiam in actu tanq̄ a p̄ius notis in p̄incipijs ad nota iam actu veniat. Nihi hic obscurum est.

Sāctus thomas

¶ Prosa duodecima libri tertii. Boe.

TVm ego Platoni inquā uehementer assentior: nam me horum iam secundo cōmemoras. Primū q̄ memoriam corporea contagione de hinc cū mœroris mole pressus amisi. Philo. Tum illa priora inquit concessa respicias: ne illud quidem lōgius abierit quin recorderis quod te dudum nescire cōfessus es. Boe. Quid inquam? Phi. Quibus, ait illa, gubernaculis mundus regatur. Boet. Memini inquam me insciciam meam fuisse cōfessum. Sed quid asseras licet prospiciam planius tamē ex te audire desidero. Philosophia.

TVm ego platoni inquā. Ista est duodecima p̄sa ⁊ vltima huius tertij: in qua philosophia reducit Boetium in cognitionem alterius: cuius ignorantiam p̄ius confessus est. s. quibus gubernaculis mūdus regatur. p̄imo facit hoc. secundo boetius mouet quādam questionem philosophi. secūda ibi. Audisne me. p̄imo ostendit philosophia q̄ deus oia gubernat sua bonitate. Secūdo ondit modū quo omnia gubernat: ibi. Sed quod dicā. tertio ex his ꝓcludit malū nihil ee: ibi. Sz vis ne. p̄imo Boetius assentit dictis Platonis i metro et ostēdit pbia ipsum posse deduci in cognitionē cuiusdā cuius ignorātiam confessus est. Secundo philosophia reducit ipsum in cognitionem illius. secūda ibi. Munduz hunc. Primo dicit. Tum p̄o tunc ego Boe. inquam vehemenꝛ assentior. i. consentio Platoni. nam me o philophia horum. s. q̄ deus sit finis omniū rerū ⁊ summū: secūdo commemoras. i. recordari facis. p̄imum q̄ amisi memoriam. id est quod erat in memoria corporea contagione. id est corporis grauedine. de hinc. id est secundo commemoro bonum cum amisi memoriam p̄essus mole. id est ponderē corporis. tunc philosophia ostendit q̄ non tm̄ horum recordabitur p̄opter dicta: sed cuiusdam alterius quod ignorare se dicebat dicens. si illa p̄iora ꝓcessa respicias non abierit longius. s. ea memoria tua quin facile recorderis quod dudum cōfessus es te nescire id est ignorare. i. li. j. ⁊ querit Boe. quid inquā? di. pbia. Quibꝰ gubernaculis regat mūdus. ⁊ di. Boe. memini inquā me fuisse cōfessum insciciā. i. ignorātiā meā: ⁊ lz iā p̄spiciā. i. cognoscā tm̄ desidero p̄us audire ex te q̄d asseras. i. quid de hoc dicas. ¶ No. q̄ Boe. dicit se scdo cōmemorare p̄dictor̄ q̄ deꝰ sit finis rerū; ⁊ q̄ sit summū bonū p̄imo postq̄ mole corporis oppressus est amisit memoriā eorum; ⁊ post

¶ Mundū hūc inquit deo regi pauloante mini/
me dubitādū putabas. Boe. Nec tunc qdē arbitror
iquā nec unq̄ dubitādū putabā. Quibusq̄ ad hoc
rōnibus accedā breuiter exponā. Mūdus ex tam di
uersis cōtrariisq̄ pti bꝰ in unā formā minime cōue
nisset/nisi unus eēt qui tā diuersa cōiungeret/con
iūcta uero naturaq̄ ipsa diuersitas inuicē disco
dissociaret atq̄ diuelleret/nisi eē unꝰ q qd nexuit
cōtineret. Nō tā uero certus naturæ ordo ꝓcederet
nec tā dispositos motus locis: tpibus/efficiētia/spa
ciis: qualitatibus explicaret: nisi unus esset q has
mutationū uarietates manēs ipe dispo neret hoc
q̄cquid est quo cōdita manent atq̄ agitant: usita
to cunctis uocabulo deū nomino. Phi. ¶ Tū illa.
Cum hæc inquit ita sentias paruam mihi restare
operam puto: ut felicitatis cōpos patriā sospes re
uisas: sed quæ proposuimus intueamur. Nonne
in beatitudine sufficiētiā numerauimus? deniq̄
beatitudinē ipsam esse cōcessimus? Boe. ita est qui
dē. Phi. Et ad mundū igit inqt regēdum nullis ex
trinsecis adminiculis indigebit: alioqn si aliquo
egeat plenā sufficiētiā nō habebit? Boe. Id iquā ita
est necessarium. Phi. Per se igitur solū cūcta dispo
nit? Boe. Negari inquam nequit. Phi. Atqui deus
ipm bonū eē mōstratꝰ est. B. Memini inquā. P. Per
bonū igit cūcta disponit. Si qdē p se regit oia: q̄ bo
nū esse consensimus: & hic est ueluti quidam cla/
uus atq̄ gubernaculum quo mundana machi/
na stabilis atq̄ incorrupta seruatur. B. Vehemen
ter assentior inquā & id te pauloante dicturam

ea per studiū recordatus est. scdo q̄ merore ⁊ tristitia affectus in ignorātiā eoꝝ lapsus est. sed postea
p instructionē pdie ad memoriā reducit. ¶ Mundū hūc inqt deo regi. Hic pdia vult ostēdere inten
tū ⁊ primo admonet Boe. de quodā pus ꝓcesso: ⁊ Boe. illud fatet ⁊ rōnē cōfirmat. scda pdia ostēdit
q̄bus gubernaculis regat mūdus ibi. Tum illa inqt. primo di. o Boe. tu pauloante in primo li. putabas
minime dubitādū hūc mūdū regi a deo. di. Boe. Minime arbitror: dubitandum: nec vnq̄ putabo et
ego breuiter exponā q̄bus rōnibꝰ acce
dā ad d pbandū: ⁊ innuit Boe. rōnes
suas di. hic mūdus minime conueniret
in vnā formā ex tam diuersis ⁊ cōtrariis
partibꝰ nisi eēt vnus q̄ tā diuersa cōiun
geret: sup. q̄ est deus: ipsa diuersitas na
turā huiꝰ mundi discors inuicē dissocia
ret atq̄ diuelleret cōiuncta: nisi esset q̄
cōtineret. i. cōseruaret: qd nexuit. i. cōiū
xit: qd sup. est deus. Ordo vo nature tā
certus nō ꝓcederet nec explicaret tam
dispositos motꝰ. i. ordinatos motus lo
cis: tpibus: efficiētia: spaciis: q̄litatibꝰ:
nisi eēt vnꝰ q̄ ipse manens. s. immobiliter
disponeret has varietatū mutationes.
q̄cq̄d aūt d est quo cōdita. i. creata ma/
nēt agitātur. i. mouent illud vsitato cū/
ctis vocabulo nomino deū. ¶ Nota ꝙ
Boe. innuit tres rōnes ꝙ mūdus rega
tur a deo. Prima sumit ex diuersarū re/
rū cōiunctione q̄ talis est. Diuersa ⁊ con
traria nō vniunt inuicē p se: cū igit mū/
dus vnius sit ex partibꝰ cōtrariis vt ex
elemētis: oportet vt aliqs sit vniēs eas:
hoc autem est deus: ergo regitur a deo.
Hāc rōnem tāgit ibi. Mūdus hic. Se/
cūda rō sumit ex priorū simul cōiuncto/
rū cōseruatiōe. q̄ talis est. diuersa et pria
ex ppietate sue nature dissociātur abin
uicē: nisi ab aliquo cōseruent: sz partes
mūdi sunt diuerse ⁊ prie: ergo ⁊c. hāc rō
nē tangit ibi. Cōiuncta vero. Tertia rō
sumit ex ordinata motuū dispositione
q̄ talis est. nihil certitudinaliter ⁊ regula
riter mouet d nisi dispositionē loci tpis ef
ficiētie spacii ⁊ q̄litatis nisi sit vnū recti
ficās ⁊ regulās: sz motꝰ eoꝝ q̄ sunt i mū/
do fiūt regulariter d pdicta q̄nq̄: q̄ ne
cesse ē ponere rectificātē ⁊ regulantē qd
est deꝰ: q̄ mūdus regit a deo. Hāc rōnez
tradit ibi. Non tā vo certꝰ. ¶ No. ꝙ re/
gulares motus fiūt i mūdo locis quātū
ad primationē ⁊ elōgationē solis i obli
quo circulo: fiūt etiam tpibus quātū ad
variationem diei ac noctis: fiūt efficien/
tia: q: luna efficit augmentationem ⁊ di
minutionē humidoꝝ d sui crescētiā ⁊ decrescētiā: efficit fluxū ⁊ refluxū maris. fiūt etiā ordinati motꝰ
spaciis: q: luna ⁊ alii planete maiori ⁊ minori spacio q̄nq̄ distāt a sole ⁊ ab inuicē etiā fiūt q̄litatibꝰ: q:
in estate causat calor: in hyeme frigꝰ. ¶ Tū illa cū hec inqt ita. Hic pdia supposito ꝙ mūdus regat a
deo pbat ꝙ regat ab ipo p suā bonitatē ⁊ di. O Boe. cū hec ita sentias ꝙ mūdus regit a deo puto mi
hi restare paruā operā. i. paruū labore: vt tu cōpos. i. potēs felicitatis sospes. i. sanꝰ reuisas patriā. i. co/
gnoscas btitudinē. tūc pbat ꝙ deꝰ regat mūdū sua bōitate di. Intueamur q̄ pposuimꝰ: nōne numerauí
mus supra in nona psa in btitudine esse sufficiētiā ⁊ cōcessimꝰ deū esse ipsaz btitudinē? dic Boe. Ita est
q̄dē. Ex hoc ꝯcludit pdia deū nullo indigere ad regēdū mūdū. dicit ergo ad mūdū regēduz deꝰ nullis
extrinsecis adminiculis indigebit: alioq̄n si ita esset ꝙ aliquo egeat nō habebit plenā sufficiētiā. ⁊ dic
Boe. Illud inquā est necessariū: iō cōcludit pdia. Deꝰ cūcta disponit. i. regit p se solū. di. Boe. Negari
neq̄t: sz deꝰ mōstratꝰ est eē ipm deū bonū. meminī inquā di. B. q̄ bonū deꝰ cūcta disponit si q̄dē p se re/

gít oía que cõſenſimus eſſe bonũ ⁊ hic eſt deus velutí quídẽ clauus atq; gubernaculũ quo machína mũdana ſeruatur ſtabílis ⁊ incorrupta. dícit Boe. vehemẽter. í. valde aſſentío: ⁊ illud te dicturã pau loante ꝓſpexí: lꝫ tenuí ſuſpitiõe. Dícit pbía. Credo inq̃t q̃ hec ꝓuidiſtí. íã em̃ vt arbítro: vígilãtius q̃ ꝑ̃us deducís oculos ad vera cernẽda. ¶ Notãdũ q̃ ex líttera accipíũtur due rõnes ad ꝓbandũ íntentũ. Prima rõ ꝓb at q̃ deꝰ ꝑ ſe regít oía ⁊ taliter. In bẽtudíne eſt ſumma ſufficiẽtía: ſꝫ deꝰ eſt bẽtudo: g̃ in deo eſt ſumma ſufficiẽtía: tale autẽ nõ índiget extrínſecís gubernaculís: g̃ deus ꝑ ſe regít oía. Scõa rõ ꝓbat q̃ deꝰ ꝑ ſuã bonitatẽ q̃ nõ díſtinguít a deo: regít oía: ſicut deꝰ ꝑ ſe regít oía vt víſum eſt: ſꝫ deus ẽ ípm bonũ g̃ ꝑ bonũ regít oía vt ptꝫ de ſe qꝛ ſua bonitate ⁊ clemẽtía. ¶ Sꝫ qõ dícã. Hic ponít ꝑ quẽ modũ deꝰ oía gubernat. Et ꝓmo oſtẽdít q̃ oía gubernat ſuauíter: qꝛ oía ſibí obediũt. ſcõo q̃ gubernat oñía fortíter: qꝛ ípſi níhil reſiſtere põt. Scõa íbí. Quid ſit conet. Primo dí. Illud qõ dícã non mínꝰ ptꝫ ad ꝓtuendũ. í. ad ꝓſiderandũ ⁊ dí. Boe. Quíd inquaꝫ. Et dicit pbía: cũ deus iure credat oía gubernare clauo bonítatís ſue: ⁊ oía feſtínãt naturalí íntentiõe ad bonũ ſicutí docuí ꝓpter íꝑſa. xí. Num ꝑ nũquíd põt dubitarí q̃n volũtarie regant ſpõte ⁊ conuertant ſe ad nutũ díſponẽtís veluti cõuenientía ideſt obediẽtía tẽpata. í. coaptata ſuo rectorí. dí. Boe. Ita inquã neceſſe eſt: qꝛ nõ videret beatũ eſſe regímen dei ſi foret iugũ detractãtíũ. í. recuſantíũ: ſicut bos laſcíuus recuſat iugũ: ⁊ ſi nõ eſſet ſalus obtẽperantíũ. í. obedientíũ: g̃ dícit pbía. Níhíl ẽ q̃ naturã ſeruãs conetur. í. laboret cõtraíre deo: dí. Boe. Níhíl inquam. ¶ Notaq̃ cum gubernare níhíl alíud ſit níſi ĩ fínem ordínare: nec alíud eſt deum ꝑ bonitatem gubernare: q̃ ꝑ bonitatem ín fínẽ dírigere: et cum omnía naturaliter tendant ad bonũ tanq̃ ín fínem: manífeſtuum eſt q̃ oía ſpõte ín fínẽ dírigũtur: ⁊ ita naturalíter oía ſpõte obediũt gubernãtí ⁊ ꝑ ꝑñs deꝰ regít oía ſuauíter. ¶ No. q̃ volũtarium ſcõm perfectam ſuí ratíonẽ tantũ ínuenítur ín habentíbꝰ voluntatẽ ſed extendendo volũtariũ ad oẽm appetítũ non coactũ: ſic poteſt reperírí ín oĩbus. ⁊ ſic accípítur hic. ¶ Nota q̃ níhíl ſeruans naturã repugnat deo: lícet cm̃ peccato: videat deo repugnare ípſe non ſeruat naturã: qꝛ pctm̃ díminuit: ⁊ deprauat naturã. etiã boe. loquítur hic de appetitu nature: vt ptꝫ ex ſuperíoríbꝰ. ¶ Quid ſi conetur ⁊c. Hic oſtẽdit phí. q̃ deus regit oía fortiter: qꝛ níhíl eſt qõ poſſit eí reſiſtere. Scõo ꝓfirmat hoc ꝑ quãdam fabulam: íbí. Accepiſtí. Primo dí. Si q̃d conetur reſiſtere deo: nũquíd alíquid ꝓficit aduerſus eũ quẽ cõceſſimus eſſe potentíſſimũ iure bẽtudínis. í. ex eo q̃ eſt bẽtudo? dícit Boe. Prorſus níhíl valeret ſup. reſiſtere. ígitur dícit pbía nõ eſt alíquid qõ huíc ſummo bono vel velít vel poſſit obſiſtere. dí. Boe. nõ arbítror. íõ dícit pbía. ſummũ bonũ eſt qõ regit cũcta fortiter ſuauíterq̃ díſponít. dí. Boe. q̃. í. quãtum me ea ſumma ratíonũ q̃ modo ꝓcluſa eſt non modo. í. nõ tantũmodo me delectat: verũ ꝑ ſed hec ipſa verba q̃bus vteris: multo magis delectant me: ita vt ſtultítíã. í. me ſtultum lacerantẽ. í. male reprehendentẽ magna q̃ tangũt díuínã gubernatiõnẽ: pudeat ſuí. tunc ꝓfirmat ꝑ fabulã q̃ níhíl põt reſiſtere deo: q̃ talís eſt. Gígantes volẽtes expellere deos de celo poſuerũt mõtem ſup montẽ vt aſcenderent: qõ vídens íuppíter ípſos fulmíne deíecít ⁊ montíbꝰ depreſſit. hoc in ꝓmo metamorphoſeos. Vñ dícit. O Boe. accepíſtí. í. dídiciſtí in fabulís gígantes laceſſantes. í. lacerare volentes c elũ: ſed fortitudo benígna ſcꝫ dei íllos díſponit. í. depoſuit vtí condígnũ fuít. ¶ Nota pbía hic alludit verbís ſacre ſcripture q̃ dícit. Attíngít ergo a fine vſq̃ ad finem fortiter ⁊ díſponít oĩa ſuauíter: í deo dícit Boe. ſe nõ tantũ delectarí ín íſtís rõnibus: quãtum ín ſuís verbís. ¶ Sꝫ vís ne rõnes ípſa ínuícem. hic pbía concludit ex dictís q̃ malum níhíl fit. Primo petít aſſenſum Boe. dí.

Guberno.

Volũtarium.

Gígãtes.

pulchra quædam ueritatis ſcintilla diſſiliet. Boe. Tuo inquã arbitratu. P. Deũ inquit eſſe oĩm potẽtem nemo dubitauerit. Boe. Qui quidẽ inquam mente cõſiſtat nullus prorſus ambigat. Phi. Qui uero eſt inquit oĩm potens nihil eſt qđ ille nõ poſſit. Boe. Nihil inquã. Phi. Num igitur deus facere malum põt? Boe. Minime inquã. Phi. Malum igitur inquit nihil eſt cum id facere ille nõ poſſit q nihil non põt. Boe. ¶ Ludis ne inquã me inextricabilem labyrinthum rõnibus texens? quo nunc quidem qua egrediaris introeas/nunc uero quo introieris egrediare? admirabilem quãdam diuinæ ſimplicitatis orbem complicas? Etẽ pauloante a beatitudine incipiens eam ſummũ bonũ eſſe dicebas/quã in ſummo deo ſitam loquebare/ipm quoq; deum ſummũ eſſe bonum plenãq; beatitudinem differebas. ex quo neminem beatum fore: niſi qui pariter deus eſſet quaſi munuſculum dabas. Rurſus ipſam boni formam dei ad beatitudinis loquebaris eſſe ſubſtantiam/ipſumq; unum idipm eſſe bonũ dicebas/quod ad oĩm rerum naturã peteretur. Deum quoq; bonitatis gubernaculis uniuerſitatem regere diſputabas/uolentiaq; cũcta parere illi/nec ullã mali eſſe naturã/atq hæc

vis ne ipſas rõnes. i. ꝓpoſitiones rõne ꝓbatas inuicẽ collidamus. i. cõponamus? forſitan ex cõfictatione hmõi diſſiliat. i. procedat quedã pulchra ſcintilla veritatis: ⁊ dicit boe. ſiat inquã tuo arbitratu. i. tua voluntate. Tunc ponit ꝓpoſitionẽ manifeſtã di. Nemo dubitauerit deũ eſſe oĩpotentem. Dicit boe. Nullus prorſus ambigat q̃ mente ꝯſiſtat. i. qui ſane mentis eſt. Tunc aſſumit aliã ꝓpoſitionẽ dicens. Qui vero eſt oĩpotens nihil eſt qđ ille nõ poſſit. Dicit boe. nihil inquã. Tũc ponit aliã ꝓpoſitionẽ. Deus nõ põt facere malum. ⁊ dicit boe. Minime inquã. igitur cõcludit pbia. Malũ nihil eſt cũ illud facere nõ poſſit ille q̃ nihil nõ põt facere. i. oĩa facere. ¶ No. ſicut deus eſt cã efficiens oĩm: ita eſt finis oĩm vnde quicquid fit ab eo ordinatur ad ipm tanq̃ ad finẽ: ſi g̃ deus faceret maluz ordinaretur ad ipm tanq̃ ad finẽ: ⁊ cũ ipſe ſit bonũ malum ordinaret ab bonũ: ergo deus nõ põt facere malũ tanq̃ aliquid ꝓ ſe intẽtum: eſt g̃ concluſio quã pbia infert ꝙ malum nihil eſt. Ratio ꝯcluſionis eſt. deus põt facere oẽ qđ eſt cũ ſit omnipotens: ſed deus nõ põt facere malum ergo malũ nihil eſt. Et ſi diceres. ſi maluz nihil eſt. cum hõ dãnetur ꝓ malo: dãnatur pro nihilo. dicendũ ꝙ malũ dicit defectũ boni nõ negatiue ſed ꝓuatiue. et ideo malum eſt defectus boni qđ deberet habere. in poteſtate eĩm hominis eſt illud habere: ⁊ ſi nõ habeat illud bonũ cũ deberet habere: ideo dãnatur ⁊ ponitur exemplum. Aliquis tenetur ſolvere centũ libras ⁊ ſi nõ ſoluat incarceratur: certuz eſt ꝙ nõ ſoluere nõ eſt aliquid: ſed nihil. nõ tamen ſimpliciter dicitur aliquis incarcerari pro nihilo: ſed ideo q̃ nihil erat qđ debuit aliquid eſſe ¶ Ludis ne inquã. Hic Boe. mouet q̃ ſtionẽ philoſophie. Secundo philoſophia ſoluit: ibi. Tum illa. Primo Boe. admirans de cõnexione ⁊ cõuolutione rationum quibus philoſophia vſa eſt. Querit virum iſta connexio rationum ſit ex deuolutione philoſophie vel proueniat ex natura rei. ⁊ breuiter illas ratiões recolligit ⁊ dicit. O philoſophia ludis. i. deludis ne me texens. i. formans rationes circulares: quo ſcilz labyrintho egrediaris ea parte qua introieras ⁊ egrediare loco eo quo introieris. tu cõplicas quidem orbem admirabilem diuine ſimplicitatis. i. facis mirabilem circulationẽ rationis in diuina ſimplicitate: ⁊ tunc breuiter recolligit rationes dicens. Tu pauloante incipiẽs a beatitudine dicebas eam eſſe ſummũ bonũ quam beatitudinem tu loquebare eſſe ſitam in ſummo deo: ⁊ diſſerebas deum eſſe ſummum bonum ⁊ plenã beatitudinem ex quo dabas. i. inferebas: quaſi munuſculum. i. correlariũ. neminem eſſe beatũ niſi eſſet deus: rurſum tu loquebaris formã boni eſſe ſubſtantiam dei ⁊ beatitudinis: ⁊ dicebas ipm eſſe vnũ idipſum quod bonũ: ⁊ illud bonum dicebas eſſe quod peteretur a natura omniũ rerũ: ⁊ tu diſputabas. i. dubitando probabas deum regere vniuerſitatem gubernaculis bonitatis. ⁊ cuncta volentia parere. i. obedire deo: nec vllam eſſe naturam mali: ⁊ hec omnia explicabis nullis rationibus ſumptis extrinſecus. i. non accipiendo p̃incipia extrinſeca: ſed inſitis. i. extrinſecis: ⁊ domeſticis. i. ꝓprijs ⁊ cõuenientibus probationibus rei de qua agebatur altero ſumpto trahente fidem. i. certitudinem ex altero. ¶ Nota labyrinthus dicebatur domus dedali: quaz cum aliqs intendebat intrare exiuit ⁊ exeundo intrauit: ⁊ cõſucuit depingi circularib9 protractionibus ⁊ tranſumitur hic ad deſignandum circulares ⁊ reuolutiones rationũ. ¶ Nota ꝙ circũlocutio ⁊ cõnexio rationũ quibus pbia vſa eſt: non eſt ſic circularis ꝙ vna ⁊ eadem ꝓpoſitio ſit p̃incipium ⁊ concluſio reſpectu eiuſdẽ: q̃ ſic non contingit demonſtrare circulo: vt ptz. ſ. Poſteriorũ ſed ꝺ: nexio circularis: q̃ rationes ex ſe inuicẽ depend ent: ita ꝙ ꝓpoſitio ꝯcluſa in vna ſit p̃incipiũ alterius ꝯcluſionis in alia; nec ꝓpter iſtas diuerſas ꝯcluſiones eſt aliq̃ diuerſitas in deo; ſed oĩa ſunt idẽ

Maluz nihil eẽ põt.

Labyrinthus.

nullis extrinsecus sumptis: sed altero ex altero fi
dē trahēte insitis: domesticisq; pbationibus expli
cabas. Phi. ¶ Tū illa minime inqt ludimus: rēq;
oim maximā dei munere quē dudū dēpcabamur
exegim⁹. Ea est em̄ diuinæ formā substātiæ ut neq;
in externa dilabat/neci se externū aliqd ipsa susci
piat. Sed sicut de ea Permenides ait: oēm tu circu
lo adducis spōte multitudinē. i. rerū orbē mobilē
rotat: dū se īmobilē ipa cōseruat. Quod si ratiōes
quoq; nō extra petitas sed itra rei quā tractabimus
ambitū collocatas agitauimus: nihil est qd ammi
rere cū Platone sanciēte dideris cognatos de qui
bus loquūtur rebus: oportere esse sermones.

nos exegim⁹. i. pfecimus munere dei quē dudū dep:recamur rē maximā oim rerū. ea em̄. i. talis forma. i. dispositio diuine substātie: vt neq; in externa. i. exterio:a dilabat. i. cadat: nec ipsa suscipiat aliq̄d exteri nū. i. extrinsecū in se. qđ pbat auctoritate pmenidis quā pmo ponit in greco. deinde sensum eius subiū git in latino dicēs. Sed sicuti pmenides ait de ea scz substātia diuina q; diuina substātia rerū o:bē mo/ bilem rotat. i. mutat res circulatione ge neratiōnis ⁊ co:ruptiōnis et mutando res ipsa non mutatur: sed se immobilē conseruat. ✠ Boe. si nos agitauimus .i. cognouimus rationes nō extra. i. non ab extrinseco petitas. i. sumptas: sed col locatas intra rei ambitū: quam scz rem tractabam⁹ nihil est quod de hoc ammi rere: cū. i. ex quo tu dideris platone sā/ ciēte. i. confirmante sermones opo:tere esse cognatos. i. pprios cōueniētes re/ bus quib⁹ sup. rebus loquūtur. ¶ No ta q; sermones accipiendi sunt sm mate riam subiectā. quia certitudo nō est sim pliciter querenda rationibus. ex. s. Ethi. vbi dicitur q; disciplinati est tm̄ inquire re certitudinē sm vnūquodq; genꝰ: quā tū natura rei patit. Cum igitur deus sic regat oia p̄ter hoc q; commisceatur cū eis: ex libro de causis. sermones de diui na substātia accipiēdi sunt sm intranea diuine substantie et non sm extranea cum non commiscentur cum eis.

TUm ego ⁊c. Queri potest quomodo Boe. philosophia non refragante dicat se assenti re Platoni ⁊ eius dicto: q; nostrū discere non sit nisi quoddam reminisci. Nunquid etiaz Boe. sentiat sicut Macrob. Platonicos sensisse docet. Animas p:iusq; in co:po:a de/ scenderent in celo fuisse omnium scientiarum peritas: quarum oblitionem per co:po/ris indispositionem imbiberent et rursus per studium amouerent: et ita nihil noui disce rent: sed noto:um p:ius post oblitionem depellerent: Dicendum Boetium non totum illud dictum platonis sed quoddam simile in se repertum app:obare. Cum enim quedā p:ius sciret et co:um post/ ea obliuiscere:tur: iterumq; per philosophiam ad oblito:um cognitionez rediret: coactus est sentire q; illa app:ehensio non esset nisi quedam reminiscentia p:ius cognito:um. hoc autem totum fingit vt ostendat hominem per mero:em in obliuionem cadere. Quibusq; ad hoc rationibus ⁊c. Quidā ma/ le inseruerunt hic personam philosophie. Nam vt etiam in commentarijs superio:ibus patet ab eo lo co. Nec nunc quidem: vsq; ad illum. Tum illa. verba' sunt Boe. Clauus multa significat. interdum id vti vulgo loquimur quo res diuerse connectuntur. Figendi autem clauī consuetudinem Liuius sepe ponit: eiusq; rationem. vnde annalis clauus appellatur qui figebatur: vt inquit Festus. In parieti/ bus sacraruz edium per singulos annos: vt per clauos numerus colligeretur anno:um. Est etiam cla uus vt Donatus inquit: militis comici indumentum. Latus autem clauus est senato:ia vestis: sed sic non accipitur hoc loco. Est item vt Seruius docet. Clauus fustis gubernaculi genus. vnde Virgil. Clauumq; ad litto:a to:quent. ⁊ Licero in catone maio:e seu de senectute. Ille autem clauum tenens quietus sedebat in puppi. hoc ergo loco bonitatis clauo. id est gubernaculo interpretandum est. Fa/ bula gigantum p:imo metamo:. habetur. vbi sic Ouid. Neue fo:et terris securio:i arduus ether. Affe ctasse ferunt regnum celeste gigātes. Altaq; congestos fluxisse ad sydera montes ⁊c. Dicuntur autem gigantes fuisse vastissimo:ū co:po:ū homines: terre filij ob id vocati: qui deos expellere celo conati ab ioue fulminati sunt. Quā fabulā Macro. explicans ait. Quid aliud gigātes fuisse credendū est: q; hominum quādam impiam gentem deos negantem: ⁊ ideo estimatam deum pellere de celesti sede vo/ luisse. Sed inuicem collidamus. i. comp:imamus. A con ⁊ ledo. Dedalus patria athēiensis nobilis ar chitectus fabricādi materiā p:imus inuenit: ⁊ in ea serram: ascia: perpēdiculū: terebra: glutinum: liqo colā. Is ab ario pagitis expulsus in cretam nauigauit: ⁊ ibi p:imum bouem ligneam' fabricauit ī qua pasiphae minois regis vxo:i tauro supposita memo:at: deinde labyrinthū in quo minotaurus īclude retur. Po:tentissimum hoc humani ingenij opus fuit: iterum ambages occursus ac recursus inexpli cabiles continens: crebris fo:ibus ad fallēdos exitus redeundūq; in erro:es eosdem. Quatuo:labyri nthos fuisse traduntur: sed ad institutum nostrū satis est ostendere p̄pter viarum implicationes et in extricabiles erro:es eius qui in creta factus est: hic finitudinem factam esse. Verbuz permenidis hoc sonare dicunt: omnem tu circulo adducis sponte multitudinem: vbi o:do est. o deus vel o domina sub stantia tu adducis sponte omnem multitudinē. i. totū vniuersum circulo. i. ad circulū vel in o:bem. Hec autem de hac p:osa satis sit annotasse.

Ascēsus.

Clauus.

Gigantes.

Labyrinthus.

Sctūs thomas

Felix qui potuit boni. Istud est duodecimū metrū & vltimū huius tertij qđ dicit gliconicū abinuentore: coriambicū a pede pdominante. Primo em̄ ponit spōdeus dicēdo. Felix. Scđo coriambū dicēdo. Qui potuit. Tertio pyrrichius vel trocheus. In quo metro postq̄ pbia ostēdit q̄ sit vera beatitudo & vbi sit sita: hortat nūc ad pseuerādū i cōtēplatione illius beatitudinis. Et primo ponit illū esse felicē, q̄ relictis terrenis vacat diuine cōtēplationi. Scđo ostēdit quid huiusmōi cōtēplationē impediat. Tertio illud ipedimentū vitare docet. Scđa ibi. Quōdā. Tertia ibi. Vos hec fabula. Primo dicit. Felix sup. est q̄ potuit visere. i. desiderabiliter videre lucidū fontē boni. i. deū q̄ est fons oīs boni: & felix est q̄ potuit soluere vincula. i. affectiones grauis terre. i. terrenor: q̄ sua grauitate trahūt hoīem deorsum. Notādū q̄ felix est q̄ speculat fontē boni & q̄ cōtēnit delectationes terrenas. vñ in libro de pomo & morte. Aristo. scribit. Beata est aia q̄ non est infecta prauis operationib⁹ huius mūdi: & intellexit suū creatorē: ipa ē q̄ reuertet i locū suū i decliuibus magnis. Ue aūt aie q̄ nō hz posse redeūdi ad patriā suā. turpia em̄ opa & delectatiōes corporales ipediūt ascensū eius sursū. Quondā funera cōiugis vates. Hic oīndit q̄d impediat cōtēplationē diuinor: q: affect⁹ terrenor: qđ declarat p quandā fabulā q̄ talis est Orpheus filius Calliope fuit cytharista qui tāta dulcedine cythare resonabat: q̄ nō tātum hoies sed etiā bruta allexit. et intantū ea demulsit q̄ impetus suos naturales dimittebant: siluas currere: fluuina stare fecit. Hic habuit vxorē dictā Euridicē: quam cū pastor Aristeus adamare vellet. ipsa fugiēs p prata calcato quodā serpēte interiit: & ad iferos descēdit: quā orpheus volēs ab inferis reducere: deos supernos sua cythara placare cepit: sed cum non proficeret ad infernum descendit. et intantum deos infernales deliniuit q̄ concessa est ei vxor tali conditione q̄ anteq̄ exiret infernum non flecteret retro aspectum vxorem respiciēdo. Cum autem iam prope exiuisset orpheus amore allectus retrospexit: et sic vxorem perdidit. Circa istā fabulā sic pcedit. Primo ostēdit quō orpheus ad inferos descēdens p vxore rogauit. Scđo modo mōstra infernalia placuit. Tertio ostēdit quō vxori ei cōcessa fuit & eā pdidit. Scđa ibi. Stupet Tertia ibi. Tandē. Dicit primo vates thracius. i. orpheus de thracia puincia oriūdus: dictus vates. i. sapiēs a multis: ille quōdā gemēs. i. deplorās: funera. i. mortē cōiugis: postq̄ cogerat amnes. i. fluuios stare: siluas currere mobiles: post ipsum flebilibus modis. i. modulationibus cythare quas fiendo formauit: & postq̄ cerua iunxit intrepidū latus ꝙuis leonibus: q: cerua cū leonib⁹ incedebat sequēdo modulationē orpheī: nec lepus timuit canē visum iā placidū. i. placatū cātu. i. sono cythare: q: canis et lepus simul sequebant ipsum. Cū aūt feruor. i. amor flagrātior. i. ardētior: vreret intima. i. interiora pectoris orpheī. cū modi. i. modulationes: qui cuncta subegerāt. i. subiecerāt: nō mulcerēt. i. nō placarent dominum. i. orpheū: ipse querēs superos. i. deos immites: q: placari nō poterat: adijt domos ifernas. i. infernales illic tēperās bláda carmina sonātibus chordis: ipse deflet. i. flebiliter decātat in cythara quicqđ hauserat ex precipuis fontibus matris. s. de calliope: & ipse deflet qđ luctus impotēs qui facit hominē impotentē: sibi dabat. i. cōcessit: & deflet illud qđ dabat sibi amor: geminās luctū: quādo cōmouēs trenara. i. inferna: & rogat dños vmbrarū. i. infernales dulci pcevenia. i. relaxatione sue vxoris.

Veritas

Nota. Imm Arist. ij. meta. & Cōmētator. ē. iiij. celi & mundi. Nō oēs accipiūt veritatē per eūdē modū. tū ppter diuersam cōsuetudinē: tū ppter diuersam naturā: tū ppter paucitatē instructionis in logica. Vñ quidā recipiunt veritatē per modū demōstrationis: quidā per modū auctoritatis: quidā per modū fabularum: vt ergo pbia talibus satisfaciat: aliqñ demōstrationibus: aliqñ auctoritatib⁹ vtit. aliquādo fabulas inserit sicut i ppōsito. Notādū q̄ orpheus dicit vates: quia carmina cōposuit. dicit aūt vates a vimentis vel video. Notandū q̄ trenara dicunt quasi lamētabilia: a trenus treni qđ est lamētatio et narus in singulari numero est nomē cuiusdam montis in quo dicit cē via ad infernū. in plurali numero trenara significat loca infernalia; sicut dicit Aug. Cōmuniter autem inuenitur istud nomē scriptū

¶ Metrum duodecimum tertii libri.

Felix qui potuit boni
Fontem uisere lucidum,
Felix qui potuit grauis
Terræ soluere uincula.

¶ Quondam funera cōiugis
Vates thraicius gemens:
Postq̄ flebilibus modis:
Siluas currere mobiles:
Amnes stare cogerat:
Iunxitq; intrepidum latus
Sæuis cerua leonibus:
Nec uisum timuit lepus
Iam cantu placidum canem:
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris ureret:
Nec qui cuncta subegerant:
Mulcerant dominum modi:
Immites superos querens:
Infernas adiit domos.

fine r in ꝑma ſyllaba. ⁊ dicitur tenara vel tenarus: ſicut in doctrinali. Tenarus infernus: ñ ſhug. ſcribit totū per r: vt trenarus ⁊ trenara. Vnde forſan vitio ſcriptoꝝ qñq; ſubtrahitur r. ¶ Stupet tergeminus nouo. Hic oſtendit quō orpheus monſtra inferni placauit di. Janitor inferni qui dr cerberus quaſi vorator carniū ille tergeminus. i. habens tria capita canina: captus fuit nouo carmine. i. melodia prius inaudita: ⁊ ſtupet. i. admiratur. Tunc oſtendit quō alia monſtra placauerit dicens ꝙ tres furie infernales thęſiphone: allecto: megera: que ſunt vltrices ſceleruꝝ inferentes metū peccatoribus: iſte lachrymabantur ꝓpter dulcedinem cythare. vnde dicit dee. ideſt furie vltrices ſceleruꝝ: ideſt peccatoꝝ: que dee agitāt. i. vexāt ſontes. i. peccatores metu. i. timore: iſte meſte iam madent. i. fluunt lachrymis. Tunc tangit remiſſionē pene quorūdam in inferno: ⁊ ꝓmo Jxionis. Vbi ſciendum ꝙ Jxion voluit cōcūbere cū Junone. Cum aūt Juno interponeret nubem: Jxion proiecit ſemen in nubem ex quo nati ſunt centauri. Jpſe autē adiudicatus inferno cōtinuo voluitur in rota que rota ſtetit orphęo modulante vnde dicit. Velox rota non precipitat: ideſt non deiecit caput Jxionuz. i. Jxionis ſup. orphęo canente. Tunc tangit remiſſionem pene tantali. Vbi nota ꝙ tantalus dicitur laceraſſe proprium filium dans eum diis ad comedenduz ꝙ quo dānatus fuit. Dicitur aūt in inferno habere aquā vſq; ad mentum ⁊ poma pendentia ante os: ⁊ tamen deficere ſiti et fame. Cum enim vult ſumere nquam vel pomum fugiunt ab eo. iſte Tantalus ſpernit flumia orphęo canē ne. vnde dicitur. Tantalus perditus. i. conſumptus longa. i. magna ſiti. ſpernit flumina. Tunc oſtendit remiſſionē pene tityi. Vnde ſciendum eſt ꝙ tityus voluit concūbere cuz latona matre appollinis: quem appollo interfecit ⁊ in iferno relegauit: cuius iecur vultur deuorat. Orphęo autem canente vultur ceſſauit laniare iecur eius. vnde dicit. Dum vultur eſt ſatur modis. i. modulationibus orphei non traxit. i. non laniauit iecur tityi. ¶ Tandem vincimur arbitrer. Hic oſtendit quomodo orphęo vxor ſua conceſſa fuit ⁊ quomodo eam perdidit dicens. Tandem arbiter. i. iudex vmbrarum: iſte miſerans. i. miſericordiam habens: ait. nos vincimur: donamus. i. reſtituimus viro. ſ. orphęo comitem cōiugem emptam. i. cōparatam carmine ſuo: ſed lex. i. cōditio coarceat iſta dona: ne phas ſit tibi deducēti vxorem flectere lumina. i. oculos reſpiciendo vxorem dū liquerit. i. reliquerit tartara. Et tūc exclamat dicēs. Quis dat. i. imponit legē amantibꝰ ꝙſi dicat amor nō dz coerceri lege: qr amor maior lex eſt ſibi. i. amor maior eſt lege ⁊ ſubdit. Heu ꝓpe terminos noctis. i. inferni. Orphęus Euridicē vxorē ſuā vidit reſpiciēdo a tergo: eā pdidit ab inferis nō ducendo: occidit in inferno eā relinquēdo. ¶ Notandū ꝙ apud inferos arbiter. i. iudex vmbrarū eſt rhadamanthus qui cogit aīas ad fatendū pctā cōmiſſa: ⁊ vnicuiq; ꝓm merita ſua penā diſtribuit. Iſte rhadamanthus dixit. donemus viro cōiugem. ¶ Notandū ꝙ amor non pōt lege coerceri. nam ex intenſo amore homo ſepius tranſgreditur legem: ⁊ amor fortior eſt ad aliquid implendū ꝙ lex ad

Illic blanda ſonantibus
Cordis carmina temperans:
